









1714.

12. Ludovig, Joannes Petrus: Differentias juris Feudalis com-  
muniis abque Lusatici . . . respondit.

13<sup>a</sup> Ludovici, Jacobus Fredericus: De diverso jure bonorum  
adquisitorum et hereditariorum. 2 Saep. 1714 ~ 1740

14<sup>a</sup> Ludovici, Jacobus Fredericus: De duobus circa idem  
factum concurrentibus. 2 Saep. 1714 ~ 1748.

15. Sargharius Kaspar: Memorabilia historica Luneburgi.  
des Feneer Dies. ohne Drup. Jahr: in die Bibl.  
ca. eingestell!

15<sup>a</sup> Ludovici, Jacobus Fredericus: De probabilitate ejusque  
ejusque effectu. 2 Saep. 1714 ~ 1739

16<sup>a</sup> Schneider, Fr. Fridmann: De credulitate.

17. Stahl, Georg Ernestus: Dissertationis inang. medicae, com-  
plicatae theses medicae theoreticae. practicae o I Aphorism.

1. Hippocratis Doctrinae . . . placidae . . . ventilationi  
proponit

18<sup>a</sup> Strykias, Jo. Samuel: De emptione spei. 2 Saep.  
1714 ~ 1742.

19<sup>a. b. c.</sup> Thomarius, Christianus: De non practico stuli insti-  
tutionum de adaptionibus. 3 Exempl. 1714, 1723 P 4737

20<sup>a. c.</sup> Thomarius, Christianus: De non practico actoris  
adversus judicem imperite judicantem. 2 Exempl.  
1714 & 1725

21. Wichmannshausen, Dr. Martinus: De perjuriis judiciali



*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]*





10, 1  
1714 12

Q. D. B. V.

DISSERTATIONE INAUGVRALI,  
Differentias iuris Feudalis

COMMVNIS

atque

LVSATICI,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,

CAROLO,

PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA,

*In Fridericiana,*

PRAESIDE,

D. IOANNE PETRO *Sudewig* ICto,

REGI A CYRIALIBVS CONSILII, PROFESSORE IVRIVM ET HISTORIARVM  
ATQVE MAGDEBVRGICI TABVLARII ARCHIVARIO,

PRO DOCTORIS PRIVILEGIO

*rite consequendo,*

RESPONDEBIT

DANIEL RIECH,

ADVOCATVS PROVINCIALIS ORDINARIVS IVRATVS.

DIE XXII. MENSIS AVG. clo 1000 XIV.

H. L. Q. C.

HALAE VENDORVM,

Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. typogr.



D. N. A. N.  
DISSERTATIONE IN A. G. V. R. A. L. I.  
Differentissimae Fudalis

COMMVNIS

ad

LVSATICI

NECVRE MAGNIFICENTISSIMO

EDMUNDVS REX ANGLIAE FRANCIAE ET DOMINVS

CAROLO

PRINCIPIS FORVSIAE CETERA

In Fudicialibus

PRASIDE

D. IOHANNES PETRVS BUBERLINVS  
AGGI A CENSURIS CLASSIS PROFESSORE IN RWAT HISTORICVS  
ATQVE MAGISTRVS TIBULAN ARCHIEPVS

PRO DOCTORIS PRIVILEGIO

RESPONDEBIT

DANIEL RIECH

ADVOCATVS PROVINCIAE ORDINARIVS WYATVS

ANNO MDCCLXXII

M. A. G. C.

HALAE VINDOBONAE

LIBRIS CHRISTIANI HINKELII, ADI. V. P. G. E.

Differentiae iuris Feudalis,

# LVSATICI

atque

# COMMVNIS.

PROOEMIUM.

§. I.



Vae olim apud SILESIOS (aa)

ipsumque SAXONES (bb) querela; *De patrii iuris ignorantia querelae.* *con-*  
*fundi patrii iuris rationes cum extraneis ali-*  
*orum populorum institutis, tum maxime, si a-*  
*cademiae consulerentur earumque doctores,*

*vix alio, quam Romano & Longobardico iuribus, ut olim*  
*tempora fuerant, imbuti, adeo, ut forensium actorum trans-*  
*missio inter morbos sit referenda, ruentis in alienos mores rei-*  
*publicae & pristinae libertatis obliuionem: illa omnino LV-*  
*SATIAE quoque meae cauenda esse, hodie praefere-*  
*tim, ubi Romana & academica nomina in curiis*  
*cum frequentiora sunt, tum celebriora, id qui-*  
*dem ex argumentis intelligimus tot patrii & pe-*  
*regriani iuris differentiarum (cc).*

(aa) Habeo interpretem ea in re *Silesiaci iuris callen-*  
*tissimum, Iacobum SCHICKFVSIVM, quondam imperatoris &*  
*Ducis Lignicensis consiliarium fictique patronum. Is certe in*  
*utilissimo libro de feudis Silesiae, usque huc inedito, cap. I.*  
*n. 38. his verbis eo sine scribit: propter summam consuetudi-*  
*nis* *De ignorantia Silesiaci iuris apud extraneos, querelae.*

A

nis

nis in Silesiae feudis potestatem multi cordati viri & in litteratura illustres exoptarunt, ut & in Silesia consuetudines feudales, tenebris plusquam cimmeriis obrutae, in lucem conspiciumque producerentur. Per eas certe mira exterorum iudicia auerterentur plurimaeque sopirentur indigenarum litigia. Accipias desideria haec beneuolus lector ex epistolis duorum Silesiae procerum, maximi apud suos nominis & meritorum. Prima est Georgii comitis de OPPERSDORFF, S. C. maiestatis consiliarii status secretioris (\*): altera Melchioris de SENIZ, qui in hoc argumento longe amplius primo curatiorque (\*\*).

Loca ex Schickfusii codice infito.

(bb) Ver-

(\*) Ita autem ille: Auf die vorgefallene Lehns-Strittigkeiten antworthe ich, daß in solten Sachen mancherley Zweifel entstanden. Welche man von An. 1513. bis 1560. zwoischen Käyserl. M. und den Land-Ständen zu heben gesucht / und absonderlich von 1590. bis 1600. daran gar sehr gearbeitet hat. Davon D. Krumkriegers damahlige Gutachten im archiu liegen. Unter dessen worden die Lehns-Strittigkeiten entweder zum Rechten verwiesen, oder / wenn es R. Majest. vorthailhaftig / durch Commissiones ausgemachet. Was er aber gar sehr zu wünschen / daß man dergleichen (ob ignorantiam patris iuris) in Ungewisheit schwebende Lehns-Sachen durch Leute / die dieser Lande Rechten erfahren / anemachen ließe. Großglogau den 25. Jun. 1630. An die Käyserl. Cammer in Ober- und Nieder-Schlesien.

(\*\*) Consilium, Schickfuso in litteris datum, hoc est. Wenn der Herr bey diesem Werck vom Schles. Lehn-Recht ex antiquitate Silesiaca erweislich machen könnte. Wie weit die Polnische Rechte in diesen Landen gegangen / und wie lang Sie gewehret / und wie sie usgehöret / und warum Schlesien das Teutsche Lehn-Recht sonderlich belibet / und alle A. eter. Güter dem Herrn zu Lehen gereicht, außer wenigen / so Erbe und elgen, nach Polnischem Recht gelieben / und darum gar ein sonderlich Recht / die Zauden genennet worden. Ferner / was unter beyden für ein Unterscheid gewesen u. d. würde allen Fürsten / Ständen und Käyserl. M. nicht weniger ein großer Nutzen geschehen. Absonderlich da dem Herrn wohl wissend / wie bishero die Landes-Obriigkeiten / Juristen / Facultäten / Schöppen-Stühle / auch die Königl. Appellation selbsten in diesen Stücken / ob ignorantiam antiquitatis patriae, in Zweifel und Ungewisheit gestanden. Absonderlich werden die Alten Lehn-Beleße von den Unuersitäten mit wunderlichen Augen angesehen / und cum iniuria Caesaris & principum auf die Regel quod fundus praesumatur liber, gesprochen. Wie ex Mod. Pistoris vol. 2. consil. 12. zu sehen. Solche errores sollten billig ex patria antiquitate den Auswertigen absonderlich benommen werden. Der Herr wird also dardurch tot amplissima collegia & dicasteria ex tot fecundis erroribus educiren / und Ihnen ein Licht geben. Dat. Qlau die 3. Febr. 1624.

(bb) Verba querulae Saxoniae, in ordinum provincialium an. 1592. instituto conuentu, recitauit exhibitque ex *ms. Ho* De ignorantia Saxonici iuris querulae.  
 codice auctor *Germaniae principis lib. 3. c. 6. §. 10. p. 223.*

(cc) Quae mox ordine sequentur. Ratio autem simplicis & singularis in Lusatia iuris extraneisque ignorati nec quicquam est obscura. Nam *principio* regio haec cum Silesiae tum Saxoniae est uicina habetque causas iurisprudentiae singularis & domesticae cum his fere communes: *deinde* incolae Lusatiae, temporibus diuersis, & ipsi diuersi varias in illam mores contulerunt abhorrentes Romanis: *porro* ordines, libertatis amantes & tenaces, instituta, quae semel acceperere, contuti sunt fortiter: *praeterea* ipsi principes, rerum domini, pristina ciuibus iura subinde confirmarunt: *imo*, quod maximum, iudicialia & legislatoria hic auctoritate uix usi sunt principes, nisi ordinum accedente ad plausu consensuque: *tum* academica iurisprudentia in Lusatiae iudiciis ideo regnare non potuit, quod pleraque Lusatiae fora ad sutores habere soleant, iudicio ciuitatis, non principis, electos, ut adeo illa semper iudices maluerit usu doctos, quam formatos tantum in scholis: *denuum* rarus ex Lusatia quondam actorum transmissio ad academica collegia, frequentior ad patrii iuris antistites, Magdeburgicos in primis scabinos & Hallenses: *tandem* Lusatia a systemate iuris, aliena, *einem geschriebenen Land-Recht*, eius enim conditores, testibus tot exemplis, id fere egerunt, ut patria instituta cogerent in harmoniam cum legibus Romanis: *ad extremum* defuerunt quoque Lusatiae interpretes JCI, qui habitum patrii iuris ad Latii exigerent leges uestiarias, id est, sensus ibi populares nunc torquerent ad apices Iustiniani, nunc, primis deletis, locum facerent ultimis. Quo itaque magis simplicia & singularia sunt Lusatiae iura, eo quoque cauendum magis, ne illa peruersas experiantur sententias apud doctores & iure consultos Romanos & alios quosque peregrinos.

A 2

§. II.

Praefertim  
in iuris-  
prudentia  
clientelari.

§. II. Quamuis uero commixtio haec in causis etiam priuatis earumque decifionibus officiat reipublicae [ee]: in iure tamen beneficiario grauius inde damnum. Cum, quod ordinum clientelae praedia resque tangant ualde momentofas [ff]: tum, quod in illis nexus uerfetur [gg] imperantium atque parentium, id est, caput & cardines reipublicae.

Pefis reipu-  
blicae iuris  
ambiguitas.

(ee) Quis dubitauerit de damnis, ex iure incerto & perturbato, redundantibus in rempublicam. Ciues fallunt fallunturque in formis negotiorumque rationibus, norma defertuti rerum agendarum certa ac stabili. Iudicibus uia aperitur ad decipiendum & illudendum partibus nunc sub Latii, nunc sub alieni populi laruis. Interdum sub ratiuncularum aenigmatibus auctoritate sanctae curiae uestitum faciunt glaucoma. Saepe irretiunt partes opinionum diuortii dimouentque illas a ueritate unico uerbo, quod sententia fit communis. Causarum uero patroni in his tenebris protrahunt, excitant, fingunt, uertunt, trahunt retrahuntque lites, ut exitus ante non uideatur, quam iuribus & numis careant litigantes.

Causae feu-  
dalis maioris  
longe mo-  
menti, quam  
res allodiales.

(ff) Nam in Germania cum uniuerfim, tum sigillatim etiam in Lusatia opes *procerum* absoluunt fundi clientelares. Quae *allodialia*, seu ciuium sunt propria, uel in ancipitis fortunae *nominiibus* uersantur uel in *crepundiis* uel in *aedificiis* ac *uillis* rerum uacuis uel in *agrorum* aliquot iugeribus, censuum ac tributorum onere ita exhaustis, ut uix aliud possessori relinquunt, quam operas & seruitutem. Ut adeo *allodia* cum *feudis*, ne quidem mereantur conferri, tantum abest, ut his illaqueant respondere.

Leges cliente-  
lares fere ab-  
soluunt capi-

(gg) Inter ordines prouinciales principem locum habent *uasalli*, reipublicae sustentacula & columnae. His colapsis aut patriae iurium ignorantia concussis conuulsisque, de  
re-

reliquorum ciuium actum est fortunis, aris, focus, salute. <sup>ta iuris publi-</sup>  
 Eo itaque magis curandum est, ut constet sibi respublica <sup>ci singularis.</sup>  
 in clientelaribus argumentis. Disces inde, quae facere prin-  
 cipem uel solum facere est nefas. Quae iura subditis propria  
 uel communia illis cum principe. Quibus rationibus omne  
 punctum absoluitur *iuris publici singularis.*

§. III. Non uero alia ratione euitabitur utrius- <sup>Inde opus</sup>  
 que iuris perturbatio, quam ut in rationes cuique <sup>est doctri-</sup>  
 proprias inquiratur sigillatim doceaturque post, <sup>na iuris</sup>  
 quantum aliae atque aliae distent inuicem & quae <sup>differenti-</sup>  
 demum sunt momenta differentiarum [hh]. <sup>arum.</sup>

[hh] Alii atque alii alia etiam atque alia remedia attule- <sup>Ad tollenda</sup>  
 runt, ad tollenda perturbatae & ambiguae iuris prudentiae di- <sup>ambiguae</sup>  
 scrimina. Sunt, qui codices hic ediderunt *legum abrogata* <sup>iuris prudent-</sup>  
*rum*: sunt, qui docere uoluerunt *iura non nisi nouissima*: sunt, <sup>riae discrimi-</sup>  
 qui iuris utriusque amarunt *collationes*: sunt, qui iurispruden- <sup>na, uiae mul-</sup>  
 tiam quaesierunt *forenses*: sunt, qui opiniones collegerunt <sup>tiplices.</sup>  
*communes* aut communissimas: sunt, qui *praxeos* & theoriae  
 inierunt discrimina: sunt, qui *usum* docuerunt *modernum*:  
 sunt denique, qui firmum se inuenisse talum existimarunt in  
*curialium decisionum* auctoritate: nonnulli illos partus ha-  
 buerunt genuinos, quos exclusisset *rario et aequitas*: *urru-*  
*nas* etiam & *ariadnae* fila ostenderunt, alii in conciliandis  
 Romanorum legibus occupati. Horum omnium rationes uti  
 suo relinquimus loco & meritis in iuris adeo incerti pru-  
 dentiam: sic praesenti tamen instituto uiam inire lubet <sup>nobis pro-</sup>  
*iuris differentiarum*, Dno *praeside* duce, qui ante aliquot an- <sup>bantur utri-</sup>  
 nos hoc etiam nomine saluam monit iureconsultis cum fo- <sup>usque iuris</sup>  
 rensibus tam academicis in iurisprudentia *ciuili* causasque <sup>differentiae.</sup>  
 noui in Germania instituti ipse aperuit in *prooemio* primae  
 dissertationis *differentiarum iuris Romani & Germanici*. An.  
 1712. in Fridericiāna in publicum emissae.

Inprimis  
etiam in  
*Lusatiae*,  
patriae  
meae, in-  
stituta.

§. IV. Hoc egomet consilio animum adpu-  
li ad tractandum eius generis argumentum, diffe-  
rentias scilicet iuris *Feudalis Lusatiae & communis*.  
Quo ultimo nomine nunc *Longobardica* iterum  
*Saxonica* quandoque etiam *Germanica* intelligo insti-  
tuta uniuersim [ii]. Neque enim in hoc specimi-  
ne conflictus inauguralis extra oleas legum pere-  
grinarum uersari opus fuerat: quod patria hic mea  
tot luminibus splendeat iurium sibi priorum  
[kk] uitamque ego uiam negotiis usque addi-  
ctam forensibus. Dei numen adsit scribendis.

*Communis* hic  
uerbi sensus  
multiplices.

[ii] Nam communia dicuntur iura & *Longobardica*, intu-  
itu Germanicorum & *Germanica*, Saxoniorum intuitu, tan-  
dem & *Saxonica*, intuitu illorum, quae *Lusatiae* omnino sin-  
gularia. Atque hoc ordine in *Lusatiae* foris principio at-  
tendimus *domestica statuta*: tum *Saxonica*: deinde *Germa-  
nica* uniuersim: demum *Longobardica*: ultimo *Romana*.

*Feudalia* iura  
multiplicia in  
prouinciis  
*Germaniae*.

[kk] Cuius rei origines causasque dedimus supra *litt.*  
*cc. p. 3. 4.* Ceterum facilius *ciuilia* Germanorum iura uoca-  
ueris in concordiam & harmoniam, quam clientelaria, quae  
cuique tantum non *curiae feudali* in Germanico imperio sunt  
propria. Ut adeo operam hic quoque mereantur singula-  
rem.

---

DIFFERENTIA I.

Num *Lusatiae* feuda sint *oblata*?

De *Lusa-  
tiae* feudo-  
rum origi-  
ne.

**L**ongobardici iuris rigor feuda tangit *beneficiata*  
[aa]; alia ratio feudorum *Lusatiae*, quae in  
numero sunt *oblatorum* [bb]. Ideoque uirgula no-  
tari merentur paulo leniori [cc].

[aa] *Dispu*



(aa) Disputant inuicem Juri, utrum in Longobardico iure uestigia reperiantur feudorum *oblatorum*. Qui hoc *affirman* his fere utuntur argumentis. *Principio* dicunt, nemini esse ignotum, quod exempla sint antiquissima illorum, qui res *proprias* id est *allodiales* aliis ea lege donauerint, ut illas iure clientelari ceu *feuda* reciperent, nunc *pietatis*, nunc *lucri*, nunc etiam *securitatis* causa, casuque demum alio sic eueniente. Quae feudorum genera cum aeuum superent Carolidarum, vix esse, quod dubitemus de iure. *Deinde* uerba 2. F. 17. atque 2. F. 23. demum 2. F. 54. ita explicant, ut uero esse simile uideatur respici ab illis ad feuda oblata. Quorsum *Bocerus* & *Schoppius* legendi. Alii contrarium adserunt & Longobardica iura oblatorum feudorum habent prorsus ignara. In quo numero sunt *Felmannus*, *Rhetius* atque alii. Cum, quod textus superiores ab his sensibus alieni; tum quod fieri non potuerit, per uniuersum codicem Longobardicum nihil circa feuda oblata praecipuum reperiri, si quidem eorundem aliquam habuissent cognitionem eius conditores. Neque est, quod ultimum argumentum improbetur *MERTIO* part. 1. thes. 18. Nam illa, quae semel tantum et iterum fuerant facta, *pactis* confici poterant neque opus fuerat iure *legitimo*.

Num Longobardica iura oblatorum feudorum sint ignara?

(bb) Sententia, utrum Lusatiae feuda oblata sint, an uero *beneficiaria* seu data, in utramque partem habet rationes & ambiguitates. Qui ultimum tenent, ita poterunt philosophari, ut coniecturae sint pro feudis *datis*. Quoniam *primo* Lusatia armis Germanorum subacta fuerit, cum per *Carlingos*, tum etiam per *Henricum* aucupem. Admodum igitur opinabile esse, terram cessione militi uictori idque factum esse subnexu clientelari. *Repono Carolidarum* imperia in populos incultos eius fuisse generis, ut reliquerint regionem incolis, quibus, instar Romanorum, usi sunt ceu instrumentis seruitutum ad annua tributa, ceteraque extorquenda populis. Idem repetendum esse de Henrico aucupe. Praeterea ignoratum fuisse feuda gentilitia apud *Landsassios*, ergo si quid rum

Num Lusatiae feuda in numero sint oblatorum? Rationes negansium, prima,

mi-

3  
 militibus donatum aut allodii iure donatum est aut si feudali lege uel *precarii* instar, uel tantum ad dies uitae. Cuius ultimi generis nulla apud Lufatos sunt uestigia in iure clientelari. *Deinde* propterea post Venetas, primi populi familias, tot reperiri, quae a Germanis sint oriundae, quoniam plures Lufatae tractus feudi iure adsignati uictoribus Germanis. Imo uniuersam prouinciam habitum induisse Alemannicum, qui in lingua, moribus, sacris, legibusque Germanicis cognoscatur. *Repono.* Lufatae primos incolas fuisse *Sueuos*, quod extra aleam dubitationis. Nil ergo obstare, quo minus familiae ibi Germanicae pro horum reliquiis posterisque habeantur. Accedere, quod per nouas ex Germania colonias gentes ibi non extinctae neque opibus sint exutae: sed connubiis mixtae cum indigenis. *Porro* Saxonica in Lufatae clientelis recepta fuisse iura & leges: sed has scriptas esse feudis beneficiariis. *Repono*, in iure feudali nullo tot praecepta reperiri de feudis oblati, quam in Saxonico, quod etiam dixerunt SCHILTER & HERTIUS. *Demum* ipsos Lufatae uasallos libertatem suorum feudorum adscribere priuilegiis regum Bohemiae, certo indicio eorundem olim fuisse conditionem longe durioris idque ex rationibus iuris beneficiarii. *Repono.* Saepe principes suis tribuere priuilegiis, quod iuris in prouincia sit ordinarii. Hac arte scriptam esse *A. Bullam*, quae principum electorum praerogatiuas plerasque largitioni adscribat Caroli quarti, conditoris, quae tamen origines habeant Germanici imperii natalibus coaeuas. Atque ex hac fere scena prodeunt argumenta eorum, qui feuda Lufatae habent pro mere beneficiatis. Nobis, qui ex aduerso sentimus & quibus *Lufatae feuda* in numero esse uidentur *populorum*, causae sunt, quae sequuntur. *Principio* populi uox hic nobis sit maximi. Ita autem ordines Lufatae: *liberam se, gentem esse, quae sponte iuerit in Bohemiae regum potestatem, nec quicquam uero coacta sit armorum ui. Tantum abesse, ut res suas pro beneficiis habeant principis, ut potius Bohemiae*

secunda,

tertia,

quarta.

Rationes affirmantiani.  
 Prima,

hemiae olim reges beneficii loco aestimauerint, *Lusatos illorum, non aliena imperia, delegisse.* Verba ordinum in libello, quo An. 1706. Suecis Lusatiae inuasoribus responderunt, sunt haec: Daß das Marggraffthum Lausnitz, nachdem es durch Absterben Woldemari, des letzten Marggraffen zu Brandenburg, aus dem Anhaltischen Stamme, NB. sui iuris worden, frey und gutwillig, um mehre Sicherheit und Schutzes willen im An. 1319. dem damaligen König in Böhmen Iohanni sich submittiret, und dargegen von demselben so wohl, als dessen Nachfolger im Königreich, die theureste Versicherung, wie aus dem Submissionis-Document und Priuilegio zu ersehen, erhalten haben, daß selbiges in seinem Schutze und Landes-Herrschaft zu keiner Steuer verbunden seyn sollte. Welches alles auch Ehur. Sachsen confirmiret/ und von Fällen zu Fällen bestätiget. Idem Lusatiae ordines dixerunt etiam olim an. 1616. quo Marchionibus Misniae a Bohemis sunt relictæ: es auch unverborgen sey, was es mit diesem Lande vor eine Beschaffenheit habe, und daß die Stände dieser Marggraffschaft Nieder-Lausnitz hiebevorn mit der Cron Böhmen sich liberè coniungiret, die Könige vor ihre Marggraffen und Herren gut und freywillig angenommen haben. Diploma exhibet LVNIG tom. 4. n. 57. Verum ne existimes, sensibus hic plus datum esse, quam ueritati, en ipsas Bohemiae regis Ioannis litteras anno 1319. uerbis conceptas, quae sequuntur: *Ioannes dei gratia &c. &c. Sane marchiae Lusatiae incolae se & sua, una cum tota marchia & prouincia Budissensi nostrae ditioni spontaneo submiserunt. Igitur in re soli aequum & rationi consentaneum censemus, dictos incolas salium praerogatiuarum priuilegiis insigniri & recompensare, ut ipsi de nostrae Maiestatis Dominio possint gratulari utique Barones, Nobiles, uasalli dictae prouinciae & incolae se nostro gaudeant subesse regimini.* Monumentum hoc Lusatiae immunitatis exhibet LVNIG in archiuo S. R. I. tom. 4. system. Sax. Dom. n. 3. Confessio autem ipsius partis imo principis in iure habetur pro firmissimae fidei robore & probationum, quod dicunt, probatione. Quicquid igitur sit de Lusatia aborigi-

*riginibus*: id satis est, *ultimam* reipublicae faciem inde conspicere *liberrimam* insignemque rationibus feudorum *oblatorum*. Neque est, quod sententiae huic opponas epistolam *Ludouici IV. Caesaris*, qua sibi imperioque tribuit Lusatiae Bohemis in feudum concessae gloriam, his quidem uerbis: *nos LVDOVICVS DEi gratia Rom. rex, semper augustus &c. Quod illustris Ioannis Bohemiae ac Poloniae regis adfectum, quem circa nos & imperium gerit, assidue aduertentes ipsumque Ioannem, ad prosequendum commodum & honorem imperio aliquarum retributionum repensare allacre cupientes sibi heredibus & successioribus suis Bohemiae regibus marchiam Lusatiamque ad imperium ex eo, quod Woldomarus Brandenburgensis marchio sine herede decessit, fuerant deuoluta, damus, concedimus, & donamus in feudum & ius feudi tenendum & possidendum perenniter. Volentes, ut reges Bohemiae nobis & imperio debita fidelitatis obsequia, ut ius feudorum exigit, de terra & ciuitatibus praedictis praestare teneantur. Datum ann. Dni 1320. Litteras exhibuit LVNIG tom. 4. n. 5.* Verum enim uero diploma Caesaris, quod ipsum non extat, sed eius copia, fide episcopi scripta, tale non est, ut euertere possit modo laudatas oblatis feudi rationes, concordas cum ordinum formulae, tum regis Bohemiae solenni confessioni. Nam habuit rex Bohemiae an. 1319 Lusatiam deditione populi libera: ut adeo non potuerit eandem anno demum post 1320. Caesaris beneficio accipere. Et sane si stetit penes Caesarem Ludouicum, is certe non Bohemiae regi, uicino principi admodum potenti, assignauisset Lusatiam, sed filio potius suo, Brandeburgicae marchiae successori. Accedit, quod cum *A. BVLLAE* iii. 7. §. *ult.* tum moribus ab auctore *Germaniae principis* corroboratis clarum est, olim principatus non tam Caesari, quam ordinibus cuiusque prouinciae apertos fuisse, ut horum esset, sufficere successorem, quem post suo Caesar probaret firmaretque iudicio. Neque nouum est aliquid, medii aevi diplomata uerbis *confirmare & concedere, donare* uti pro synonymis. *Deinde* ordinum Lusatiae iu-

ra, quae in *administrationis societate* cum principe communia habent, adeo magna & fere immensa tum fuere, ut omnes coniecturas & praesumptiones evertant feudorum beneficiatorum. Nam in maximi momenti negotiis principis potestas adducta & limitibus circumscripta ordinum provinciae: quibus *conuentus* sunt *provinciales* vere annui die Land-Tage, nou dicis, sed reipublicae causa instituti; illi in iure *iudiciario* & *legislatorio* principi a latere & consiliis; illi ius habent *subcollectandi* tributa, quae a principe non imperata sunt, sed promissa principi, per suffragia liberrima ab ordinibus; *illi* principem non sequi tenentur extra limites provinciae; illi in scio principe alienare possunt, quod possident uerbo clientelae et feudorum, cetera. Quorum omnium amplior ratio habebitur in *differentiis*, quae sequuntur. Neque putauerim, fore, ut aliquis pro *feudis datis* habeat Lusatia, si calculos & momenta collegerit nostrarum differentiarum. *Praeterea* si principes Lusatiae ullo unquam tempore, ut fieri oportuerat, in feudis datis, omnibus praediis incolae destituerunt, haud quam est credibile, illos omnia haec iterum profudisse in ordinum clientelas, nullis bonis, patrimonialibus & *domanialibus*, quae nescit Lusatia, sibi & fisco suo reseruat; illos porro tantam nouis beneficiariis dedisse potestatem in subditos agricolae, qui hodieque nobilibus Landsassis addicti sunt obsequio, proximo seruituti Romanae. *Ad extremum* Lusatiae uicinarum quoque gentium iura adiuuant coniecturas nostras. Nam & *Silesiaca* & *Marchiae* & *Pomeraniae* atque *Mecklenburgica* feuda, iudicio omnium fere iudiciorum, ipsius *b. m. STRYK* uirgula aestimantur oblatores, ut adeo iura, quibus Slauicae gentes imperio Germanico accesserint, inuicem uideantur cohaerere. *Addo*, quod familiae Lusatiae, quas in *adpendice* dedimus *lit. A.* nomina circumferant hodieque *Slauica* loquanturque ita Slauicam originem. Horum uero quae! unde libertas tanta, si Slauica nobilitas a milite Germano redacta unquam fuisset in seruitutem. Illa enim odia Germani habuerunt aduersus Venedos, ut opinabile non sit, horum

tertia,

quarta,

ultima,

praedia in meliorem conditionem uersa post fuisse pace & uoluntate illorum. Vero itaque similis, Venetos in Lusatia pristinam conseruasse libertatem feudis amicam oblati.

Ufus oblati-  
rum in Lusa-  
tia clientela-  
rum forensis.

(cc) Longobardica instituta, qualia nunc supersunt, opinione leniora sunt in feudis *dati*, *duriora* autem iusto in *oblatis*. Qui enim *offert allodium* suum alteri in feudum, ille *conferit* domino beneficium, non *accipit*; ille leges dare potest limitesque domini directi. Ut adeo ordo iurum hic sit paulo inuersus. Cessant enim hic regulae iuris, quod beneficia, seu eius generis feuda, reuocari possint ob leuem ingratitudinis notam: quod in dubio coniecturae sint pro domino directo: quod beneficia haec tantum sint collata intuitu clientelarium seruitiorum: quod haec a nunc pendeant domini: quod omni facultate clientes destituti in alienando, diuidendo, oppignerando & quae sunt generis eiusdem, a quibus id eo Lusatae feuda sunt alienissima, ut mores, leges, instituta Lusatae uoluntiam nunc laudanda in differentiis.

## DIFFERENTIA II.

Num feuda Lusatae rogantur iure non scripto?

De origine  
iuris Lusa-  
tici.

Ius commune de clientelis est non scriptum [dd]: Lusatae autem feuda reguntur legibus, sanctione publica munitis (cc). Quas inter iura derogatoria referre & sensus angustiores, meo iudicio (ff), est nefas.

Qui ius fe-  
dale Longo-  
bardicum sit  
non scriptum?

(dd) Scriptura enim, qua ius feudale Longobardicum traditum accepimus, *privata* est iureconsultorum, non publica *legislatoris*, principis, uel illius auctoritate muniti scriptoris, in quo tamen *legis* uersantur rationes, Dd. ad l. 36. ff. de LL. Neque ab hac regula separaueris constitutiones imperiales, Longobardicis decretis insertas, ut faciunt FINCKELTHAVS *disp. 1. quaest. 6.* cum eoque b. m. STRYKIVS *cap. 1. quaest. 12.* Partim, quod imperatorum illae constitutiones Longobardis sint scriptae, non Germanis: partim etiam

etiam, quod his ne quidem potuerint scribi. Quoniam iura legislatoria in Germanico imperio penes ordines simul sunt & imperatorem, ut neutrius abesse ibi possit auctoritas. Germaniae itaque intuitu etiam istae constitutiones inter ius non scriptum sunt referendae.

(cc) A temporibus inde regum Bohemiae Lusatiae principum, ab anno scilicet 1319. uariae supersunt de *seudis Lusatiae* sanctiones. Erat ante aliquot annos institutum iureconsulti cuiusdam, in rebus atque iuribus patriae suae uerfatissimi, quo meditatus est CODICEM IURIS LVSATICI amplissimum plenissimumque. Ex uariis enim Lusatiae tabulariis descripsit congeffitque *diplomas, libellos, priuilegio, decreta, sententias comitiales, pacta* item & *leges*, ut, si opus illud lucem uidisset, haud dubie habendum esset pro pulcherrimo aeternuraque duraturo patrii iuris instrumento. Sed consilio, nescio quo, factum est, ut auctor relinqueret illud, a studioque edendi abstineret. Quod certe non patriae solum causa dolendum est, sed etiam Germaniae ergo, cui lumen exinde adfulsisset ad illustrandam ueterem iurisprudentiam, moribus certe nostris habendam in pretio. Laudanda itaque nobis opuscula minoris momenti, in quibus iuris Lusatiae etiam feudalis offenduntur laciniae. *Principio*, cum Lusatia Saxoniae cederet principi electori, anno post 1636. publicis litteris scriptae sunt: *Der Röm. Käyserl. auch zu Hungarn und Böhmen Königl. Majest. confirmirte Amts-Ordnung, Görlitz 1636. in 4to.* Eodemque anno ibidem prodire uariae SANCTIONES FEVDALES *Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II. atque Matthiae.* uolumine his uerbis inscripto: *Wahrhafftiger Abdruck etlicher den Herren Land-Ständen und Ständen des Marggraffthums Ober-Lausnitz verliehenen Priuilegien, ertheilten confirmationen und Decreten, gedr. Görlitz 1636. in 4.* Postea cum auctoritate Saxoniae electoris *Ioh. Georgii II.* promulgaretur CORPVS CONSTITVTIONVM SAXONICARVM NOVM, Dresdae an. 1660. fol. *adpendicis* loco additum est uolumen *Lusatiae iuris* singula-

re ita inscriptum: *Constitutiones und patentia*, so in denen beyden Marggrafthümern Ober- und Nieder-Lausitz in Justitien- und Policey-Sachen gebrauchet und offeriret werden. Hoc opus post accessionibus est auctum ea etiam parte, qua respicit Lusatia instituta. Et cum non leue spicilegium uel, ut uere dicam, ipsa constitutionum Lusatiae superfit messis, nulli dubitamus, quin *nouum Saxonicarum constitutionum opus*, quod sub prelo esse dicitur, auctus etiam habiturum sit non poenitendos. Ceterum Ioann. Christian. LVNIG, uir suis publicorum instrumentorum collectionibus pridem celebris, utilissimam quoque operam praestitit Lusatias, quod in *partis specialis continuatione* 2. archiui, quod adpellat, adpendicem fecerit, ita inscriptum: Anhang zu dem Chur- und Fürstlichen Hauff Sachsen, von denen Marggrafthümern Ober- und Nieder-Lausitz. Quo nomine *quinquaginta octo* diplomata edidit iura resque Lusatias tractantia. Hi sunt iuris libelli, quos in Lusatias possumus laudare. In quibus, si uno uel altero documento opus habuerimus, quod in illis non habetur, dabimus operam, ut ista in dissertationis adpendice exhibeantur.

Num Lusatiae  
statuta iuris  
deuogatori  
& interpreta-  
tionis ad-  
ductae?  
Adfirmatur.

(ff) Ita enim a JCtis sit plerumque, ut statuta, qua parte iuri aduersantur communi, referant inter leges *derogatoriis*, quae *strictae* sunt *interpretationis*, cap. 8. *X de consuet.* Ipse CARPZOVIVS ad hunc lapidem offendit *part. 3. de cif. 295. n. 21.* itemque in *practica crimin. part. 2. quaest. 53. n. 28.* Verum peruersa haec sunt de patrio iure iudicia. Nam ueri sunt doctores, ubi communia iura obligant *ex facto* legislatoris, non uero, ubi obligant tantum *ex recepto*: ueri sunt, ubi iura communia *primo loco* stant, non autem, ubi loco stant *ultimo* adhibenturque tantum *in subsidium*. Plenus in discutiendo hoc errore est MEVIUS in *prooem. ad ius Lubecense* & dn. Praeses in *differentiis iuris Romani & Germanici diff. 1. p. 4.*

Negatur.



## DIFFERENTIA III.

Lufaticae statuta num explicanda ex iure communi?

Vulgo statuta interpretationem accipiunt ex iure communi (gg): non autem Lufatica, quorum potius rationes petendae ex indole reipublicae (hh).

Iuris Lufatici *egum-veia.*

(gg) Fidenter ita doctores: Regulariter omnia statuta Statutorum interpretationem a iure communi accipiunt, praesertim declarationem & passuum, ut uocant l. 2. ff. de nox. act. atque in c. cum dilecti. §. quia X. de consuetud. Ita GAILLIUS lib. I. obs. 50. & iterum CAPEZOUUS in pract. crim. part. 2. quest. 65. n. 36. Quare sit, ut inter tot prouincialium Germaniae iurium commentatores uix unus sit uel alter, qui hic agat aliud, quam, ut leges prouinciales augeat oneretque testimoniis Pauli, Celsi, Ulpiani aut notae & aevi iunioris iureconsultorum.

Lufaticae explanatione

(hh) Recte atque ex reipublicae nostrae rationibus scribit MELIUS ad ius Lubec. pr. his quidem uerbis: est aberrandi causa, quod scilicet patrii iuris sensus uolunt explicare per iuris Romani aut Longobardici leges: non intelligentes harum rationum ab illis regulis & rationibus multum distare. Neque magis ex istis nostra (Lufatica) explicare, quam ex pristinis Romanorum institutis immutatam reipublicae formam regere ac definire uelle. Dolet ideo iureconsultus idem, quod interpretes iuris prouincialis ignari plerumque sint in prouinciae illius historia. Vnde tamen legibus prouincialibus accedere oporteat lumina, sensus, rationes. Vtinam igitur Lufaticae meae essent historici rerum domesticarum. Nam Sagittarii opusculum de Lufatia leui scriptum est brachio. Vnde decerpfit fere sua Adam ERDM. MARI in oratione de rebus Lufatorum. Schurzleischii de Lufatia schedae aliquot sunt plagularum. Peuceri de Lufatia carmen numeros sibi magis proponit, quam res gestas inter principem & ordines. Superest tantum Christophorus MANLIUS, Gorlicensis, qui rerum Lufaticarum ex instituto scripsit historiam, spisso uolumine absolutam, quod magna animi contentione ex Lipsiensi taberna expectatur.

Repetenda omnino ex historia prouinciali.

## DIFFERENTIA IV.

Quis locus Longobardico iuri in feudis Lusatiae?

De iuris  
ordine in  
Lusatiae  
clientelicis.

Vulgo docetur, primum *litteras* clientelares, tum *statuta*, deinde *leges Longobardicas* pro norma habendas in iudicio clientelari (\*): malim ego, statutis deficientibus, operam ante impendi in *rationibus* patriae feudorum aestimandis, quam ad iura deueniatur peregrina [\*\*]

Qui postponendae iuri Longobardico feudorum rationes?

Qui feudorum rationes iuri communi sint praeferendae?

(\*) Hunc iuris ordinem docent sequunturque STRU-  
TIUS, c. 1. *thes.* 13, 14, cum eoque *b. m.* STRYKIUS c. 1. q. 23.  
6. Neque enim illi feudorum ratiocinia ante probant, quam  
desint iuris communis instituta.

(\*\*) Nam principio ius *Longobardicum* Lusatiae feudis est  
*inconcinnum*. Deinde cum illius receptio sit *subsidiaria*, non  
satis est, per illud non laedi *statuta*, sed nec rationes & indoles  
laedi debent patriae feudorum, Aliud sentiendum apud Italos,  
quorum feuda sunt uere Longobardica, quae hoc tantum iure  
reguntur. Prodest differentia haec in curiis clientelariibus,  
quod unico exemplo docemus. Nam ipso iure consultorum  
iudicio, *mitius longe agendum* est cum uasallo in feudis *emiti-  
tis, oblaris, titulo* acquisitis oneroso. Quod quoties neglexeris,  
glaucomate impeditus decreti Longobardici, toties impingens  
faciesque partibus iniuriam.

## DIFFERENTIA V.

Num Lusatiae feuda praesumantur propria?

Diuisio  
feudorum  
Lusatiae.

Iure communi coniecturae, quod omne feudum  
*proprium* sit (ii): contra in Lufaticis, quae ordinarie  
sunt *impropria* (kk).

Qui feuda  
praesumantur  
propria?

(ii) *Propria* enim dicimus feuda illa, quae instituta *ubi-  
que* sequuntur iuris *Longobardici*: contra quae ab his *declinant*,  
illa audiunt *impropria*. Ea uero, quae *legis* sunt, contractibus  
in

inesse praesumimus: *pacis* uero legi *contraria* probare oportet eum, qui illa adducit. Nam iuris ibi praesumptione utimur, quae cedit ueritati. Atque hoc fundamentum est axiomatis: *omne feudum praesumi proprium* 2. F. 2. §. *fin.* I. F. 1. §. 3.

(kk) Ex innumeris exemplis laudo unicum. *Lege Lusatica* uasalli alienare queunt feuda suo, pro alienandi igitur libertate praesumptio est in omni feudo Lusatico, usque dum patris doceatur iure hoc uasallum destitui. Sed quis negauerit feuda alienabilia impropria esse iurique Longobardico aduersa? Aut igitur iuris axioma inuerso ordine docendum: *quod Lusaticae feuda praesumantur impropria* aut alia definitione rei consulendum. Scilicet impropria feuda dicuntur uel intuitu Longobardici uel iuris *provincialis*: adeo, ut, quae ultimo sensu *propria* sunt, illa in primo maneat *impropria* & contra. Quae inuicem si distinxeris, tum dici non minus poterit: *Lusaticae feuda omnia praesumi non minus propria*, id est, talia, quae legibus provincialibus sunt conformia, in quo ratio uersatur *proprietatis provincialis*. Quo intuitu feuda *alienabilia, foeminea, iniurata* ceteraque adnumeranda *propriis*: quae a Longobardici iuris proprietate sunt alienissima.

Qui Lusaticae feuda praesumantur esse impropria?

## DIFFERENTIA VI.

Num fundus in Lusacia praesumatur *allodialis*?

Iure communi coniecturae, quod quilibet fundus sit *allodialis* (ll): contra in Lusaticis nobilium, qui ordinarie sunt *feudales* (mm).

(ll) Quia quilibet fundus praesumitur *liber*; quia feuda non sunt ex natura rei, sed ex *facto*, quod opus habet probatione; quia leges id uolunt 2. F. 25. §. 1. atque 2. P. 51. §. si *contentio* & sententiae forenses ut CARPZOVIVS *part. I. const. 27. def. 7. 9.* STRUVIVS *cap. 16. thes. 11.* SIXTIVS, qui, quod improbum, idem adfirmat in ducatus *lib. 1. regal. c. 4. n. 63.* ANTON. *disp. 15. thes. 7.*

Qui omnis fundus praesumatur *allodialis*?

C

(mm)

Qui nobili-  
um Lusatiae  
fundi praefu-  
mantur feu-  
dales?

(mm) Rationes, quae nos mouent ad ita sentiendum, in his uersantur. Nam inter tot nobilium possi-  
florum praedia uix offendet unum aut alterum, quod proprium sit & allodiale. Ita-  
que filium confiscationis est hoc: *quam in dolem maior pars ha-*  
*bet, ea in ceteris est praesumenda*. Hoc uinculo confiscationis ut-  
untur CVRTIVS *part. 2. feud. quaest. 2. n. 40.* RVINVS *uol. 2. consil. 466. n. 6.* Quemadmodum etiam illud huc facit, quod una res non debeat iure diuerso censi *Dd. ad l. 23. ff. de usucap. MENOCHIVS conf. 180. n. 98. TREVTLERS conf. 68. n. 4.* quod maior pars trahat minorem *Dd. ad l. nulli ff. quod cuiusque uni- uers. nom. MASCARDVS de probat. conclus. 79. n. 17. MENOCH. de praesumpt. lib. 3. c. 91. n. 62. 63.* quod e. dem sit ratio partis, quae uniuersi *Dd. ad l. 76. ff. d. R. V.* Quorsum et ipsa uerba decreti respiciunt 2. F. 41. Licet enim is contrarius esse uideatur 2. F. 26. Poterunt tamen sententiae ita conciliari, ut ultima tum uera sit, si minor praediorum numerus uersetur in clientelis. *Deinde cum praedia nobilium omnia in clientelam principi cesserint simul, alia porro inter allodia non fuerunt, nisi exemptione, quae est facti.* Docuit idem de uicinae *Silesiae* feudis SCHICKFVSIVS *cap. 10. n. 38. 39. 40.* Cui quidem ob numerum tantummodo maiorem uix subscriberet philosophus, cum regula firmo maneat loco, quamuis ab ea plures aberrant; neque praesumptio libertatis pereat ideo, quod maior pars humeros submiserit iugo.

## DIFFERENTIA VII.

Qui poenae originem debeant Lusatiae feuda?

De feudis  
poenae.

Iure communi feuda proficiscuntur ex domini  
*gratia* [nn]: sed Lusatiae quaedam allodia *ann. 1547.*  
poenae loco uersa sunt a principe irato in clientelas [oo].

Qui feuda  
tantum sint  
gratiae?

(nn) Inprimis facit huc decretum 1. F. 27. §. 1. his uerbis conceptum: *si quis obligauit aliquam rem pignori, eo pacto, ut, si statuto tempore pecunia soluta non fuisset, res esset creditoris & eam pro feudo habeat, potest debitor quan-*  
do-

documque pecuniam soluendo, pacto non obstante, pignus recuperare. Feudum enim non sub praetextu pecuniae, sed amore & honore domini acquirendum. Rationes non difficiles sunt ad inuestigandum. Ne scilicet clientelaria iura uersarentur in forditie: ne dominus acciperet uasallum lucro magis, quam fide sibi probatum; ne ipse uasallus officio suo clientelari hoc colore deesset, quod ob solutam mercedem illud haberet, non ob fidei & seruitorum spem.

(oo) Historia est notatu omnino digna. Imperauerat Qui Lusatia feuda sint irae?  
Lusatiae ciuibus an. 1544. tributa Ferdinandus, Romanorum ac Bohemiae rex ob impensas belli aduersus Saxonem. Negauerunt illa ciues, sacrorum causa, quoniam & ipsi Lutheri dogmatibus subscripserant, quae Saxo armis tueatur. Grauius id tulit Ferdinandus ciuesque destituit fundis ac praediis, quae ideo alia non lege reddidit, quam clientelari. Hac causa allodia ciuium a principe irato uersa sunt in feuda. Quo nexu tenuit illa spatio quatuordecim annorum. Tum enim rogatione foeminarum praesertim, quibus durissima fuerat lex feudorum successoria, aliorumque intercessionibus, qui pristinae fidei admonuerant regem, a ciuibus olim probatae, eo res deuenit, ut reciperent sua pleno iure ciues nexuque feudali, quo constricti fuerant, liberarentur. Conceptum est hac de re diploma FERDINANDI an. 1558. quod dabimus in adpendice lit. B. Tantum uero abest, ut hoc faciat ad ciuim contumeliam, ut potius hoc laudi & gloriae eorundem sit tribuendum, quod extrema pati maluerint, quam purioris fidei socios bello impetere aut, qui illos impetierant, armis aut numis aduersus conscientiam adiuuare. Ceterum Ferdinando, quin feuda haec irae daret, non obfuit r. F. 27. §. 1. supra exhibitum clientelare decretum. Partim quod possessoribus non traderet aliquid, uerum alteram domini partem eriperet: partim, quod tum etiam ea tempora essent, quae sunt hodie, ubi clientelaria seruitia uix alia expectantur a uasallis, quam praesent equestria tributa das Ritter. Geld oder Ritter. Pferde, ut adeo domini partium aut nihil intersit, quem habeat uasallum: partim tandem  
C 2 quod

quod, ipso Ferdinandi iudicio, a perduellionis crimine ciues crederentur abesse, quos ideo bonis priuare noluit, sed bona nexu tantum constrinxit clientelari.

## DIFFERENTIA VIII.

Qui Lusatiae feuda uere sint nobilia?

De feudo  
nobili in  
Lusatia.

Iure communi a feudorum, etiam militarium, possessione non excluduntur ciues [pp]: Lusatice autem, hos feuda acquirere, est nefas idque publica sancitum lege [qq].

Qui feuda acquirere liceat ciuibus ex plebe?

(pp) In quaestione: num feuda Landsassorum acquirere liceat ciuibus, quos homines dicunt ex plebe? magna est rerum rationumque confusio & perturbatio. Neque enim dum constant sibi iureconfulti in feudi nobilitate definitione ac significato. Peruerso certe iudicio nobile dicunt, quod confert ille, qui ius nobilitandi habet, ut LVDWEL in *Synops.* p. 43. aliique, cum potius illud dici debeat nobile, quod seruitia exigit non nisi a homine nobili praestanda uel, quod eodem recidit, cuius possessionem acquirere potest non nisi homo nobilis. Quid enim obstat, quo minus imperator uel rex feuda conferant ciuica, id est, praestationibus tantum adstricta pecuniariis, quae etiam hominum ex plebe. Licet uero, si decretum 2. F. 10. expenderit, omnia feuda ordinarie apud Longobardos fuerint nobilia neque tulerint ignobilioris ordinis successores: iuit tamen hodie in plerarumque Germaniae prouinciarum mores, ut etiam homines ex plebe, quos ciues dicimus, utpote mercatores, opifices uirique alii opibus instructi ad feuda emenda eodem iure admittantur, quo alii quique ex optima nobilitate. Ut adeo instituta haec ius commune in Germania omnino absolueri uideantur. Legi huc possunt KNICHEN *de uestit. pact. part. 2. c. 3. n. 91.* KLOCKIUS *uol. 3. consil. 28. n. 403.* WVRMSER *class. 2. sect. 1. n. 10.* HERTIUS *de feudo nobili sect. 4. §. 7.* Neque pristinos forsitan mores migrauimus praeter rem. Nam hodie fere causas non inuenies, ob quas emptores feudorum ignobiles olim sunt

im-

improbati. Olim uasalli uersabantur in militia tantum *eque-*  
*stri*, qua indigni habiti sunt ciues, *pedestribus* tantum cohor-  
 tibus adscripti, imo miles nobilis inter dedecora retulerat,  
*ignobilem* habere *commilitonem*: hodie, postquam mercena-  
 rio utimur milite, uasalli uitam colunt ciuilem in agris suis ac  
 uillis, soluuntque, militarium seruitiorum loco, summam pec-  
 uniae, quae equestri adparatui responderet, *einem halben, gan-*  
*gen, doppelten, drey oder mehrfachen Ritter-Pferd*, instar ciuili-  
 um siue burgensium feudorum *der Bürger- oder Bentel-Lehn*, ut  
 adeo neque domini neque uasallorum interfit, cuius demum  
 ordinis habeat clientem. *Deinde* id potius agitur utrinque,  
 ut praedia clientelaria emtores inueniant opimos ac liberales,  
 in quo fere numero ciues sunt, qui in quaestu ac mercatura uer-  
 santur. *Olim* contra, quo feuda principis gratiae debebantur,  
 hanc purpurati magis prouocare poterant, quam homines in-  
 ferioris fortis. Porro cum olim & prouinciales conuentus es-  
 sent frequentissimi & parium curiae in iudiciis *denen Mannger-*  
*richten* confessus, si non iuri, decore certe aliquatenus uide-  
 bantur aduersum, inter tot uiros nobiles offendi *ignobilem* col-  
 legam. Verum deest etiam haec causa hodie, postquam in pri-  
 mo genere uix umbra super est, alterum uero sublatum desue-  
 tudine. Neque tamen exempla desunt, ubi ab ordinibus no-  
 bilitatis prouincialis illi etiam ciues, qui *praediis equestribus*,  
 mit Ritter-Gütern a principe inaugurati fuerant, exclusi sunt ab  
 equestri conuentu *man hat selbige nicht in die Land-Tages-Stu-*  
*ben lassen, noch auf Land- und Ritter-Tage verschreiben wollen*. Le-  
 gi potest TABOR de *suffragio peric. 5*. Imo de *Cluiae* & uicinis  
 regionibus testatur FELTMANN *cap. 2. feud. sb. 5*. quod *ciuis feudi*  
 possessor dicatur tantum ein *Inhaber eines Ritter-Sitzes*, neque  
 usum habeat iuris *uenandi regaliumque* eius generis praedio  
 adnexorum, quae, donec res ad nobilem redierit, quiescant  
 suspendanturque.

(qq) Integrum *diploma*, quod editum non uidimus alias, Lusatae seu-  
 exhibuimus in *Adpendice monumentorum lit. A*. Principio *da qui acqui-*  
 enim an. 1619. *factis* inuicem se obtrinxit *nobilitas in Lusatia*  
 C 3 *re possit*  
*non nisi uir*  
*ne nobilis ?*

ne emtores equestrum honorum der Ritter-Güter admitterent alios, quam uiros nobiles. Daß sie niemand anders, als einem vier-schildigen Herren-Stand's oder vom Adel uhrtrahen Geschlechtes und Herkommens, die Lehn-Güter verkauffen wollten, bey Verlust des halben Theils der Kauff-Summa. Post haec pacta habuit rata ipse princeps an. 1667. Causae legis fuisse dicuntur hae. *Quod* praedia *equestria* inter proninciaie cimelia referenda, quae omnino inuidenda *ciuibus*, cum familiarum esse debeant illustrium in militia & bellis pro patria susceptis. *Quod* ita fiat, ut *ciues*, maiori pretio proposito, semper fere superent emtores nobiles, quos deinde oporteat uel cum egestate conflictari & uiuere in forditie uel ex patria emigrare ad uitium & cultum quaerendum apud peregrinos. *Quod* *ciuibus* equestria praedia haud dubie semper maioris fiant, quam uiris nobilibus, partim, quod illi ad lucra & quaestus sint nati, partim, quod magni faciant nomina, honores, titulos ex equestribus praedijs quaesitos, partim quod in illis domicilium non figant, aut si fecerint hoc, parcissimi tamen paruoque contenti sint, cum e contrario uirum nobilem deceat, ut in conuiujs sit lautus, erga hospites, praefertim nobiles, facilis & liberalis, in habitu & supellectili elegans & politus, quibus impensis praediorum minuantur redditus, quos colligere possit ciuis possessor. *Demum*, quod talionis & repressaliorum iura id uelint, ut ciues equestrium praediorum emtione prohibeant, cum in leges iuerit, ne ciuitatibus adsignata praedia in manus ueniant hominum nobilium, & quae sunt generis eiusdem clarius & plenius ex ipso diplomate cognoscenda. Addo, quod Lusatiae hoc institutum quibusdam etiam Germaniae prouincijs alijs sit probatum. *Vicini Saxones* an. 1609. in *conuentu Torgauensi* non minus ordini nobilium adseruerunt: daß die Ritter-Güter keinem aus dem Bürgerstande, wie auch denen Ausländischen nicht verkaufft noch verlehnen werden möchten, quae uerba recitat *AUCTOR Germania Principis lib. 1. c. 5. §. 10.* Olim certe etiam Fridericus Marchio Misniae sensit: *Burgenses debere iuris dictionem & ad-*



vocatis minime possidere, nisi qui privilegio essent muniti, quale exhibet SCHILTERUS ad ius Alem. §. 19. & LEHMANNUS lib. 7. c. 41. Quae loca cum aliis HERTIUS congeffit de feudo nobili §. 4. §. 7. qui omnino hic evolvendus. Ceterum in Lusatiae institutis id videtur praeterea admodum singulare, quod in feudi emto- re illis ne quidem simplex sufficiat nobilitas, sed requirant ve- tustam & quatuor maiorum insignibus illustrem. Ut adeo fe- re illa sacris collegiis concinna, quae alios in Germania colle- gas non ferunt, quam gente oriundos, quatuor, octo quandoque & sedecim aut triginta duabus maiorum nobilium, imaginibus Qui certe mores peregrinis fere regnis nimium elati uiden- tur ac insolentes in ipsumque principem iniurii, quasi huic non liberae manus sint in nobilitandi iure familiasque ex ple- be illustrium ac nobilium numero adscribendi. Adde, quod prohibitive legis non ratio aliqua superfit in homine, nobilium numero recenter licet, rite tamen adscripto. Verum haec ad legislatariam magis & consultatoriam iurisprudentiam pertinent, non autem forenses, quae, quod semel placuit, se- quitur, in quo nos hic versamur argumento.

## DIFFERENTIA IX.

Num feuda Lusatiae mascula acquirere liceat foeminis?

Iure communi foeminae ut a successione, ita ab *Foemina* acquisitione feudorum, excluduntur [rr]: quamvis au- *habilis* tem in primo consentiant Lusatiae instituta, disti- *feudi em-* *rix in Lu-* *satia.* dent tamen in altero, foeminaeque illis sunt *habiles* ad mascula etiam *feuda acquirendum* & possidendum [ss].

(rr) *Foemina* feudum neque *acquirere* neque in eo ordi- *excludatur a* *feudi acqui-* *sitione.* narie succedere posse, decretum est 2. F. 36. Verum si tamen *foemina* privilegio forte acquisiverit feudum, filium consecuti- onis est hoc, quod *filiae* etiam in illo succedant 2. F. 30. 104. Quapropter, alii, licet, meo iudicio, minus recte, foemineum feudum a qualitate dicant *acquirentis* CARPZOVIVS part. 3. const. 28. def. 10., 2. cum eoque b. m. STRYKIUS cap. 4. quaest. 5. Ne- que

que etiam in eo adfentior HORNIO *cap. 4. §. 5.* qui iureconfultorum Wittebergenfium fuffragiis fe tutum dicit, quod uinculum confeutionis nullum fit, foeminam *acquiſiſſe* feudum ergo & *filiis* in illo poſſe ſuccedere. Nexum certe *acquiſitionis & ſucceſſionis* hic tum *inra* tuentur 2. *F. 30.* cui decreto concinnum quoque illud eſt, quod 2. *F. 104.* habetur: tum *ratio* clientelaris. Cui enim domino foemina, feudum comparans, ſemel arrifit, ei, improbum eſſet, ſi foemina diſpliceret ſucceſſor. Hodie, ubi ſeruitia feudorum fere numaria & tum præfertim, ubi feudum eſt aere a foemina redemptum. Verum aliter pactis poſſe rem definiri, incicias iicerit nemo aut etiam lege, quae eſt in Luſatia, noſtro hic iudicio aliena a iure communi.

Qui foeminae  
acquirere liceat  
feuda Luſatiae, non  
autem in illis  
liceat ſucce-  
dere?

(ss) Inſtituti clientelaris in *Luſatia* uerba ſunt clariffima, concepta, ut ſequuntur: *Ingleichen, da Weibſperſonen von Adel Lehn-Güter von neuem an ſich erkauffen würden* (quod foeminis Luſatiae nobilibus facere eſt integrum), ſolle denſelben *verwehret und unbenommen ſeyn, andere Geſchlechts, Verwandte männlichen Stammes* (eo quod filiae illarum in feudo recens a matre acquireto nequeant ſuccedere) in die geſamte Hand und *Mit-Belehnung* zu nehmen. Weilen die *Succeſſion* auf die *Mit-Belehnte männliches Geſchlechts* allein gerichtet & quae ſequuntur deinceps in der *Laufnitz. Lehns-Ordn. p. 73. §.* Wir wollen 2c. Vt adeo per Luſatiae inſtituta uerum fit, quod a iure foeminae in feudo *comparando*, ad ius in *ſuccedendo* nullum ſit uinculum confeutionis. Quapropter, ne lex uideatur iniqua aut inconcinna, ſucceſſionis loco, foeminae datum eſt, ut conſulat filiabus ſuis numero *ſimultaneae inueſtitorum nouumque* feudum acquirat iure *antiqui*. Id eſt, mafculos ad *reuerſales* adſtringat ad ſatiſfaciendum filiabus aere aut modo, quouis alio. Quod iure communi fieri poteſt nonniſi ex ſingulari domini directi conſenſu: in Luſatia autem nobiles, foeminae id habent iure prouinciae ordinario.

## DIFFERENTIA X.

Num feudis Lusatiae iurisdictionis sit adnexa eaque superior?

Iure communi iurisdictionis nullum genus adnexum est feudis [tt]: Lusatiae autem uasalli principio inferiori den Erb-**Gerichten** gauisi sunt, post an. 1562 singulis etiam accessit superior siue merum imperium die **Ober- oder Peinliche Gerichte** [uu]. Vt adeo in praediis nobilium omnibus pro iure iudiciario sint coniecturae.

(tt) Nam iudiciaria iura pertinent ad *regalia*, a nobili feudo omnino distincta & ordinarie aliena 2. P. 56. Inde iure-consultorum axioma: *pago siue castro in feudum concesso, non ideo presumi, concessam esse simul iurisdictionem.* Quod docent GAILIVS lib. 2. obseru. 62. ROSENTHAL cap. 5. conclus. 6. Neque praeter rem & rationem etiam in Germanico imperio. Nam iurisdictionis *ciuilis* siue mixtum, ut uocant, imperium fuit quondam in manibus *comitum prouincialium*, qui etiam uerbo *iudicis* ideo sunt adpellati. Merum imperium siue dux habuerat siue populus, in quo cum auctoritate praesederant *comites*. Quo rerum statu nulla *Landssassis* fuit iurisdictionis. Verum, quod haec post accesserit *fundis nobilium*, id quidem causas habet plures & uarias in uariis prouinciis. In *Boioariae* ducatu an. 1311. Otto dux iurisdictionem adscripsit fundorum possessoribus nobilibus, quod summam pecuniae soluerant, duci ualde necessariam. Quae iurisdictionis domi nata uoce adpellatur das *Zosmarcker Gerichte*, casusque principi tantum relinquit tres, utpote 1) *homicidii* 2) *stupri uolenti* 3) *publicae rapinae*, qua de re legi possunt MANZIVS in *Decis. Palat. decad. 2.* ERTELIVS in *relat. Boicis* 40. p. 63. auctor *Germaniae principis lib. 4. c. 5. §. 6. p. 100.* idem fieri potuit, pretio interueniente, etiam in prouinciis aliis. Deinde ex quo tempore e re sua uidebatur ducibus, ut *comites*, in quos ducatus

D

iu.

iurisdicção per pagos aut tractus fuerat distributa, abrogarent: eo faciliores fuerunt, ad surrogandum illis nobiles, quemque in suo praedio clientelari. *Praeserea* etiam illud obseruau plurimos ex nobilitate *alodio* sua principi uel duci territoriali concessisse in feudum, hoc tantum sine, ut illa lege recipere clientelari cum *iurisdictionis* accessione. Serius autem ita factum hoc fuerat in iurisdictione criminali; citius longe in *ciuili*, fundis quoque *alodialibus* & hereditariis adscripta, unde uerbi *der Erb-Gerichte* est quoque adpellatio.

Qui in *Lusatiae feudis* pro utriusque generis *iurisdictione* sint coniecturae?

(uu) *Ciuilis iurisdictione*, id est ea, quae sex causas non habet *der sogenannten hohen Fälle*, als 1] *Mord*, 2] *Kraub*, 3] *Brand*, 4] *Dieberey*, 5] *Lähmde*, 6] *Verfätherey*, cuique fundo antiquissimis temporibus fuerat adfixa, ut aetas iuris huius tantum coeua sit nostrae reipublicae. Quapropter etiam hoc genus iurisdictionis nomen habet *der Erb-Gerichte*, iurium scilicet, quae transeunt ad *heredes*. Quoniam eo quoque tempore *ciuilis* iurisdictione penes *nobilitatem* fuerat *provincialem*, quo fundrillius ad huc dum fuerant *alodia*. Verum enim uero *criminalis iurisdictione*, die *Höhe*, *Peinliche* oder *Blut-Gerichte* principi *Lusatiae* adeo fuerat propria, ut cum eo neque *ciuitatibus* communis esset, neque *provinciali nobilitati*. Nisi quod illa, pace *Landuogtii* siue praefidis *provincialis*, quandoque a *ciuitatibus*, & an. 1548. a nobilibus *Scabinis*, von *Land-Richter* und *Adelichen Schöppen* non *feudi*, sed *administratorio* prorsus iure exerceretur. Factum est tamen An. 1562. ut FERDINANDVS *imperator*, qua marchio *Lusatiae*, *pruilegium*, *uniuersis ordinibus commune*, promulgaret, quod *fundi cuiuslibet* possessor nobilis gauderet *mero imperio*, id est, *iurisdictione*, quam uocant *alta*, praeter *ciuilem*, quam habuerant olim. Auctor *codicis MSCTI* quem in *Dn. Praefidis supelle-* *tili* confulere licuit, inscriptus: Bericht von des *Marg-* *grafthums Lausnig Nemtern, Gerichten und Rechten* part. 2. artic. 5. ita loquitur de hoc argumento, von *Ober- und Erb-Gerichten*: Es haben wohl etliche Herren und vom *Adel*, *der* *ren* nicht so gar viel, beydes *Ober- und Unter-Gerichte* und daru- *ber*

Verba *codicis MSCTI* de *iurisdictione* an. 1562. adscripta *fundis nobilibus*.

ber Privilegia gehabt, sonsten aber haben die Ober-Gerichte den regierenden Königen in Böhmen als Marckgr. zu Lauffnis zugestanden, die haben dieselbe weiland durch die Land-Vögte, und die Land-Vögte durch die Städte, (haud dubie, quod in ciuitatibus plures iuri, iura docti disciplina ac usu, quam in nobilium pagis) verwaltet. Nachmals aber die Ober-Gerichte An. 1548. durch den von Zbrer Majest. insonderheit zubestellten Land-Richter und Land-Schöppen, so NB. vom Adel gewesen, handeln und verwalten lassen. Es haben aber Käyser Ferdinandus I. auf der Land-Stände suppliciren; und seiner Söhne Maximiliani II. Ferdinandi und Caroli intercession; wie auch zu besserer Haltung gemeinen Land-Friedens; Sicherheit der Strafen; Bestrafung des Übels etc. allen von Land-Ständen, so zuvorn die Ober-Gerichte biß auf dieselbe Zeit nicht gehabt, und den Sechß-Städten der Ober-Lauffnis allergnädigst zukommen lassen. Vermöge Inhabts Priuilegii, die Obergerichts. Gnad genannt, gegeben Prag den 12. Martii An. 1562. Diploma ipsum in corpore iuris Saxonici primo omissum, sed post editioni an. 1672. eidem p. 25. est additum, ut adeo operae pretium non sit, illud inde exscribere. Ceterum praeter causas, in laudato codice enumeratas, mihi quidem aliae se obtulerunt, dum legerem ordinum & ciuitatum inuicem coram Ferdinando I. an. 1544. Pragae prolata & Caesaris tum iudicio composita discrimina. Scilicet de limitibus ciuilibus & criminalis iurisdictionis tum maxime fuerat litigatum, quoniam ciuitates retulerant ad ultimum genus, quae in primo habuerant nobiles Landsassii. Quorum his uerbis tum expositae querelae: Die Ober-Gerichte gehören vor den Land-Vogt und nicht vor die Städte. Carolus IV. hätte An. 1372. versehen, daß die Bürger keine Gerichte haben sollten, wenn ihre Flur-Zäune wenden. Eben dieses wäre An. 1384. wiederhohlet, auch An. 1410. vom K. Wenceslao bestätiget. Was sie nach der Zeit an sich geriffen, da hätte nach Königs Vladislai An. 1510. gegebenem Ausspruch keine Versährung statt. Und ob man ihnen gleich die 6. Fälle, Mord, Raub, Brand, Dieberey, Lähmde und Verrätherey eingeräumet, hätten doch die Städte sich dar-

darnach durch derofelben Mißbrauch auch diefer wieder verluftig gemacht. Diefer beftünde darinnen. I] Weil die Blutrünfte ihnen zu richten übergeben, fo citiren fie offters einen Bauren/ der fich etwa in Finger gefchnitten oder Nagel gekrählet, von fünf und mehr Weilen in die Stadt vor Gericht. Machten ihnen mit Befichtigung der Barbier, Bezahlung der Gerichts-Personen vergebene Unkosten/ daß auch die Leute, bey ihrer klaren Unfchuld, offters Rock und Kleider in der Stadt verfehen müften, um folche zu entrichten und wieder nach Hauf zu kommen. II] Geben fie vor Lähmde aus, und beftrafen, als Lähmung, da doch keine nicht wäre, welches alles der arme Mann gefchehen laffen müfte. III] Wenn einen Herrn fein eigen Roß oder auch des Herrn Sohn und Knecht beifit, schlägt oder abwirft, fo müfte daffelbige Roß dem Richter deß Ortes gefolgen und verfallen feyn. IV] Zögen fie alle Geld-Sachen, Schuld-Sachen, liegende Gründe, Gränz- und Waſſer- Erwittigkeiten, welche denen Erb-Gerichten, folglich dem Adel aufm Lande felbften zuftänden, unter die Blut-Gerichte, fo daß den Erb-Gerichten nichts, als der bloſſe Name, und wie viel die Stätte folchen übrig laffen wollten, verbliebe, V] gefchehe alles aus Gewinn-Sucht, und würden die Richter in den Städten reich, bauten schöne Häuser, und koſtete der Richter die Unterthanen fo viel, als kaum die Steuern des Landes ausmacheten. VI] Würden dardurch die Unterthanen gegen dem Adel verheſet, und von ihrem Gehorſam abgeführt. VII] Wenn fich jemand gleich auf den Land-Vogt bezöge, führen fie doch mit der execution, ſtraffen, Erklärung in Acht und andern extremitäten fort. VIII] Daß ſie von denen ſo heilſamen, iezo faſt aller Orten aufgekommenen appellationen nichts wiſſen wollten, & quae ſunt generis eiſdem. Hac igitur iurium & iurisdictionis maxima confuſione ac perturbatione peſtilentiſſima factum eſſe puto, ut, poſt alias cauſas, in ipſo diplomate recitatas, imperator FERDINANDVS. an. 1562. die 12. Martii ordinibus nobilibus, omnibus atque ſingulis adſcriberet iurisdictionem quoque criminalem, ut adeo pro hac apud illos omnino ſint coniecturae.

## DIFFERENTIA XI.

Quae inter Lusatiae uasillos tutela nominatiua?

Iure communi omnis tutela *iriium* generum ori- De nomi-  
tur ex aliquo [xx]: Lusatiae instituta addunt quar- natiua tu-  
tum, cum uiuo suis tutorem liceat nominare [yy]. tela in Lu-  
fatiae cli-  
entelis.

(xx) Titonibus iuris nota sunt *iriia* tantum genera tutela- rum, *testamentaria*, *legitima* atque *datiua*. Neque porro aliud quid instituta habent Longobardica. Neutro igitur iure aliquis proficeret, si uiuus suis uel tutorem *nominaret* uel etiam ex *simplici conuentione* alterum ad suscipiendam tutelam post mortem suam uellet obligatum. Ita clare §. 9. *Instit. de excus. iur.*, & l. 15. ff. *eod.* iterumque l. 29. ff. *de testam.*

Qui tutela- rum apud Ro- manos gene- ra *iriia*?

(yy) Clara est lex atque his uerbis in der *Waisen-Amtes-Ordn.* §. 2. concepta: Wenn iemand von Herrn oder Adel (id igitur iure praecipui habet nobilitas) mit Todt abgehen, und bey seinem Leben jemand von seinen Freunden oder Verwandten (ne amici confundantur cum cognatis) in beyseyn anderer von Adel oder sonsteh ehrllicher Leute darzu deputiret: solle es innerhalb sechs Wochen dem Amte, darunter der Verstorbene seßhafftig gewesen, zu erkennen gegeben, und confirmiret werden. Prouida certe lex, quae pietatis rationem habet, quam debemus orphanis, ut hanc illis probemus requisiti a parente, licet formularum neglecto concentu. Idem fere in *paclitia* tutela, ueluti *quinto* genere, iuris est, quod ostendit *Dn. Praeses in differentia tutelarum* 4. litt. yy. Cui addi potest HERTIVS de iur. regia cap. I. §. II. p. 465.

Qui in Lusa- tiae feudis tutela in usi nominatiua?

## DIFFERENTIA XII.

Fundamentum legitimae tutelae num successio?

Iure communi fundamentum legitimae tutelae est successio in bonis pupilli (zz): non Lusatice, ubi *anguinis* uinculum cum officio coniunctum pietatis [aa].

Funda- mentum tutelae in Lusatia non suc- cesso.

(zz) Ea enim propter nulla est *curatela legitima*, quoni- am puberes consanguineos suos commodo successioneis pos- sunt

Qui commu- ni iure fun- damentum

*legitimae tutelae successio?* sunt destituere factio testamento, quod cum a furioso nequeat fieri, hunc solum habere putant *legitimum curatorem*, VINNIUS HOPPIVS aliique interpretes ad §. 3. *Instit. de curat.* Addunt ex eadem causa *uasallum*, cui pariter testamenti factio interdicta i. F. 8. id est, facultas excludendi a feudali successione agnatum, ita b. m. STRYKIVS *cap. 7. quaeft. 27.* Cui merito subscribimus aduersus ROSENTHALIVM *cap. 12. conclus. 10. n. 36.* & SCHRADERVM *part. 10. sect. 19. n. 48.* Nisi feudum uel hereditarium sit, uel *testandi de feudo* possessori concessa sit facultas. Quo casu iterum deest hic etiam *legitima curatela*.

*Qui Lusatico iure sacra sit legitimam curatela.*

(1a) Verba legis in der Waisen-Amtes-Ordn. §. 3. sunt manifestata, quod agnatus aut simultanee in uestitus, licet commodo successione nuntium uelit mittere, nequeat is tamen declinare tutelam. Solle sich der agnatus davon, durch renunciirung der Lehens Anwand, oder Erbschaft, nicht zu entbrechen haben. Ut constet doceaturque legitimam tutelam aut curam pietatis officio niti, non turpi spe & lucro successione.

## DIFFERENTIA XIII.

*Excusationi a tutela num sit locus ob numeros liberorum?*

*De excusatione a tutela uasalli.* Iure communi *excusamur a tutela numeris liberorum* (bb): non autem Lusatico (cc).

*Qui πολυπαιδια excuset a tutela?*

(bb) πολυπαιδια inter causas principes esse, quibus a suscipienda tutela excusamur, testatur *pr. instit. de excus. Tutor.* Et licet neque *tres* ut *Romae*, neque *quatuor*, ut in cetera *Italia* patriae suffecerint: *quinque* tamen satis esse ad se excusandum propterea uidetur, quoniam is numerus praescriptus est *pro-uinciis* extra *Italiam*.

*Qui numeri liberorum non excusent a tutela in Lusacia.*

(cc) Verba instituti *pro-uincialis* in der Waisen-Amtes-Ordnung §. 3. sunt haec: die agnati und cognati sollen durch den numerum fünf oder mehr Kinder der Vormundschafft sich nicht zu entbrechen haben. In erwegung, daß sie durch diese Vormundschafft Ordnung alles gefährlichen Zuspruchs entnommen werden. Est in hac sanctione inprimis sermo de tutela pupillorum ex ordine nobilium incolarum. Ceterum foecundior forte *cre-dita*



dita fuit Lusatia, quam ut ob liberorum numeris dari posset ab onere tutelari immunitas.

## DIFFERENTIA XIV.

Num feudi loco pecunia?

Iure communi ex feudo facta pecunia feudi loco *Pecunia* non est (dd): est tamen per Lusatiae instituta (ee). *feudalis.*

(dd) Pertinet huc decretum clientelare 2. F. 26. §. si *uia* *Qui non feu-*  
*fallus*, ubi clare dicitur, quod illa *pecunia*, quam transactionis *di loco pecu-*  
 nomine acceperit cliens de feudo, non ideo in feudi sit nexu. *nia?*  
 Rationes adducunt plures. Scilicet, quod pretium non succe-  
 dat in locum rei b. m. STRYKIVS *cap. 4. quest. 26.* quod pecunia  
 neque naturaliter sit res immobilis neque ciuilitur LUD WEL-  
 C. 2. p. 28. Quare feudum in *pecunia* siue nummis constitutum  
 omnino *impropiis* adnumeratur, quod frustra impetit HOR-  
 NIVS c. 4. §. 21. p. 89.

(ee) Pacto fieri posse, ut pecunia feudi loco concedatur, *Qui feudi lo-*  
 nulli dubitamus & omnis aevi notauimus exempla. Verum *co pecunia in*  
 patrio iure *pecunia* ex feudo soluta agnatis permanet in nexu *Lusatia?*  
 clientelari. LAUSNIZ. Lehn-Ordn. §. mit den Unmündigen &c. ita  
 instituit: da einer die Lehn-Güter annehme und den andern oder  
 mehrern successorn und Mitbelehnten eine satisfaktion an Geld  
 thäte: so soll derienige, er sey In- oder Ausländer, verbunden seyn,  
 das Geld aus dem Lehn-Gut entweder wieder an Lehn-Gütern an-  
 zuwenden oder dasselbe, wie bishero vermittelst der Lemter aus dem  
 Erbe zu Lehn zuerheben, damit auf den Fall der Succession und Lehn-  
 folge eine gleichheit erhalten werde. Neque sine ratione ita est  
 constitutum. Esset enim ita feudi possessor sortis longe peio-  
 ris, quam alter, cui summa aeris adsignata loco partis in feudo  
 ipsi uenditae. Quoniam ultimus dominus & arbiter fieret re-  
 rum suarum, praetereaue successionem retineret in feudo  
 uniuerso post mortem possessoris: contra huius opes in nexu  
 permanerent clientelari neque ulla ei spes succedendi in  
 mercedem a uenditore acceptam. Ceterum melius hoc ca-  
 su sibi consulere alterum, si pecuniae summam, uenditori cohe-  
 re-

redi solutam, inserat non minus in litteras clientelares eaque dominus utrumque uasallum inauguret, quo neque domini neque agnatorum intuitu desit in pecunia, quod est consuetudinis feudalis, id quidem monet *L. B. de LINCKER in anal. lect. ad Struu. cap. 4. § 6. n. 4.*

## DIFFERENTIA XV.

Num ultra septimum gradum successio?

De successio-  
nis in  
feudo in-  
finitate &  
nonnisi ad  
7 gradum.

Successionis  
in finitas in  
iure com-  
muni.

Lure communi in clientelis hodie succedunt, quotquot descendunt a sanguine primi acquirentis (ff): aliter in Lusaticis, ubi cum septimo consanguinitatis gradu successio iura omnino expirant (gg).

(ff) Licet enim feuda principio fuerint *precaria*, instar publicorum munerum; *deinde* firmitas illis data spatio *annuo*; tum perdurauerint ad dies *uitae*; post peruenire coeperint ad *liberos*; ad *fratres*; mox ad *patrueles* infra quartum gradum; demum ad *agnatos* intra *septimum* geniculum; *tandem* ad posterorum omnium gradus & numeros *infinitos*: quod omne claris uerbis dicitur *l. F. 1. §. 1. 2. 3. 4.* in Germanico tamen Imperio nullo unquam tempore uiximus inter hos successorii iuris multiformes uicisitudines. Longobardici sunt mores, quos descripsimus; non Germanici, qui noluerunt esse adeo multiplices. Nam Carolingorum aevo, quo feuda instar munerum fuerant, uasalli instar officialium, illa omnino fuerunt *precaria*. Sed post Carolidas, quum semel successio posterorum placuerat, illa in numeros iuit graduum infinitos, quibus moribus cum in *imperialibus*, tum provincialibus landsfassenorundum feudis uiuimus etiam nunc. Concinnum est illis decretum *l. F. 50.* ut adeo discrimina feudi *antiqui* atque *paterni* nostris institutis nulla esse videantur.

Qui Lusatae  
feudorum  
successio ex-

(gg) Lusatae statutum est manifestissimum his conceptum uerbis: *Grädigt bewilliget, daß im Margr. Ober-Lausiß alle Lehn-Güter, die nicht mit besondern priuilegiis, der*

ge.

gesamten Hand anders weiter und mehr befreyet, auf alle Schwere spiret in se-  
 nun hinfüro kommen und stammen sollen. Segen demnach, daß  
 nunmehr und zu ewigen Zeiten kein Mitbelehnter, Vermöge der  
 allgemeinen (communis hic simultanea investitura intelligitur,  
 quae est in omni feudo antiquo uel nouo etiam iure antiqui  
 concessio, quoniam Saxones contra requirere praeterea solent  
 coniunctae manus, uel domino mutato uel uasallo, renouatio-  
 nem) habenden gesamten Hand, er sey in weitem oder nahem gradu  
 obbenannter siebenden Zahl in oder ausländisch, schuldig seyn solle die  
 Lehender gesamten Hand zuzufuchen und zumuthen. Nouum hoc  
 & insolens esse posset in Germaniae provincia, nisi causa adpa-  
 reat, quae haec est. Nam uoluerat princeps legislator an. 1655.  
 ne alii in feudis succederent Lusatiae, nisi illi, qui identidem  
 iure ac ritu Saxonico renouassent coniunctam manum. Sed  
 ab hoc onere clientelari propterea abhorruerunt ordines,  
 partim, quod moribus obesset patriae, partim etiam, quod Lu-  
 satiae clientelis inconcinnum, quae essent alienabiles adeo-  
 que frustrari possent coniunctae manus addicti commilitones  
 ex successioneque prorsus excludi, ut operae non foret preti-  
 um, impensas simultaneas fieri ob spem adeo incertam & in  
 uoluntate positam uasalli multiplicem ac mutabilem. Ter-  
 tium itaque placuit, ut Saxonum coniuncta manus iure quidem  
 ordinario exularet in Lusatia, uerum nulla quoque agnatio at-  
 tenderetur in successione, post septimum gradum. Vt adeo  
 lex haec non auita, sed nuper demum nata esse uideatur. Ce-  
 terum neque sic etiam exempla desunt in Germaniae cliente-  
 lis, quae Lusatiae his institutis respondent. Ita GAILIVS lib.  
 2. Obseru. 150. n. 4. scribit: *Brevior & uerior opinio est, aut  
 feudum ANTIQVVM semel ad descendentes transfusum fecit, postea  
 uero peruenit ad collaterales & tunc agnati succedunt in INFI-  
 NITVM per textum 2. F. 50. etiamsi feudum uenerit per mille man-  
 dus: aut feudum non fecit semel transfusum ad descendentes, sed  
 FACTO uenit ad collaterales & tunc locum habet successio ad SEPTI-  
 MVM tantum gradum per textum 1. F. 8. Etiam ZASIVS part. 8.*

E

n. 5.

n. 5. 34. hanc opinionem dixit communem in ipsa Germania: quam & cameram imperialem, constat, esse secusam. Vereor, ut uerum sit, quod scripsit Gailius, qui ideo tantum ad sententiam prouocauit curialem, ut suae opinioni conciliaret auctoritatem, quod eum fecisse etiam alias queruntur supremi collegii illius adfessores. Illud prorsus est singulare & iuris longe durioris in episcopatu *Bambergensis*, ubi in successione feudali attenduntur posteri tantum cuiusque possessoris nec quicquam fratres illius aut ulteriores agnati, licet & ipsi a primo oriundi sint acquirente feudumque sit eorum intuitu haud dubie antiquum, teste *Iusto Veracio consuetudinum Bambergensium quest.* 2. Eandem etiam consuetudinem esse dicunt in *Borussiae* clientelis. Vti enim illae quinque sunt generum uel iuris 1) *Culmensis*, quae allodiorum instar, ob uitam libertatem, qua gentes uixerunt principio 2) *Magdeburgici* eiusque uel simplicis sexus, ubi foeminae a feudis excluduntur uel 3) *Magdeburgici* ad sexum utrumque, ubi admittuntur foeminae in successione clientelarum 4) *Longobardici*, ubi huius populi regnant instituta 5) *Borussici* *Eehn zu Preussisch Recht*: ita omnium durissima feuda generis sunt ultimi, ubi pariter omne feudum nouum est, excludunturque ab eius successione ultimorum possessorum fratres & agnati omnes, licet de posteritate sint primo acquirentis. Ratio legis mihi haec est. Nam ultimi generis haec feuda mere sunt beneficiata, ut adeo, quod supra diximus, Longobardica iura illis iusto mitiora esse uideantur, praesertim in successione omnium numerorum. Hoc lumine illustrari debet *lib. 4. tit. 5. artic. 3. sqq. des Preuss. Land-Rechts*, quo carent alias illius commentatores. Id ultimo restat, ne cui patriae clienti successoria haec lex dura uideatur, quoniam antiquis Germaniae moribus displicere etiam in ipsis allodiis successiones in numeros graduum consanguinitatis infinitos, adeo, ut *Carolus IV.* Imperator in *Bohemiae legibus*, quae promulgatae sunt nomine *Maiestatis Carolinae* uoluerit (\*): ut, *liberis deficientibus, bona defuncti cederent* fisco.

(\*) In solens ac meredibile institutum recito uerbis, quibus est conceptum, ne uidear

fisco. Et uero animi pendeo utique, qui factum sit, quare summi principes migrauerint mores hosce locoque successione, ad quartum, septimum aut decimum gradum adligatae, probauerint alias, quae fierent sine modo cum infinitate. Praesertim, in tantis hodie pro fisco studiis, non fuisse, qui huius eum iuris admonerit postliminio.

## DIFFERENTIA XVI.

Num alienatio iuris sit in feudis Lusatiae?

Communi iure nefas est, feuda alienare sine Deconsensu domini & agnatorum consensu [hh]: neutrius opus est per Lusatiae statuta [ii].

(hh) Sceleris est in iure communi, alienare feuda sine domini consensu, illudque punitur rei clientelaris prisaione. Neque haec instituta quis postulauerit iniuriae, quoniam alienando obruditor domino uasallus, ut fieri potest, ingratus quoniam coniecturae sunt, uasallum id fecisse in domini contentum: quoniam ita extingui facile possat nexus feudalis memoria & quae alia sunt tradita doctoribus ad 2. F. 24 § si uasallus sub finem.

(ii) Viuitur his moribus, in Lusatia uetustissimis, quos ratos habet probatque Saxonica constitutio, his uerbis: Anlangend die 2 clausel, daß ein ieder von dem andern (mit belehnten und Lehn-Heren) unbehindert mit seinem Lehn-gut frey zuthun und zu lassen vollkommene Macht und Gewalt haben solle und möge. Ob nun zwar in Kaysertlichen Priuilegiis insgemein mit den Lehn-Gütern zu thun und zu lassen verstatet, und dabero sich ansehen lästet, daß auch solches insgemein auf alle actus mortis causa oder inter uiuos zu deuten, die Kaysert. Majest. auch so wohl, als die Agnaten den einmahl [für allemahl insgemein] ertheilet: Dierweilen aber durch denen Lehn-Gütern die Eigenschafft der Lehen deswegen nicht

E 2

be

aliquid de meo addidisse. Sunt autem haec: curiae nostrae, quae ex priuilegiis temporum usu sunt probata, tueri uolumus. Sancimus igitur, quando regnicola auita migrauerit, nullis uelictis liberis legitimis, quod bona omnia defuncti ad nostram regiam cameram sine fisco commoaliter deuoluantur Carolinae maiestat. cit. 58.

benommen, noch dieselbe zu Erbe gemachet / oder aufs weibliche Geschlecht gebracht werden mögen, vielmehr denen Agnatis bis auf den siebenden Grad, und alsdann dem Lehen-Herrn anfallen: als erkläreten Wir hiemit diese clausul, daß, der allgemeinen gesambten Hand ungeachtet, ein ieder Besitzer vor den andern Mitbelehtnen Agnaten oder Schwerdmagen obgehindert, sein Lehen-Gut per actus NB. inter uiuos alieniren und veräußern, verkaufen, und verwechselfeln iudicialiter & extra iudicialiter, (doch solches dem Nemtern zu benachrichtigen) verpfänden, vergeben und verändern, Leib-Geding, Innhalt der Amts-Ordnung darauf machen, Zug und Macht haben, und solches alles ohne der Mitbelehtnen Consens, so auch disfalls die alienirte Lehen-Güter zu reuociren nicht berechtiget seyn sollen. Ne uero haec lex de feudis Lusatiae alienabilibus esse uideatur iusto aliquantum licentior: rationibus illam adiuuabimus ex moribus Germaniae repetitis. Principio feuda, postquam *emittia* & *oblata* sunt facta, etiam liberiores indulgent manus uasallo. Deinde postquam seruitia clientelaria non ipsi praestant in militia uasalli, quod factum olim, domini iam parum interest aut nihil, quem feudi habeat possessorem, qui summam aeris soluat, in matricula notatam clientelari das Ritter-Verd. Post in mores uniuersae ideo Galliae & pleraeque Italiae prouinciarumque Germaniae iuit hodie, ut uasallis alienare feuda, id est de illis instar rei propriae liceat disponere sine intercessu consensuque uel domini uel agnatorum. Quae ex schedis *dn. Praesidis* dari possent, nisi loca essent a Lusatiae limitibus aliena. Ceterum, qui expenderit haec, ille hos ordinum Lusatiae mores oculo adspexerit irretorto.

## DIFFERENTIA XVII.

Quae feudorum iura in testamento?

De testamentis in re clientelari.

Communi iure *testamenta* de feudis ipso sunt iure *nulla* (kk): neque per Lusatiae instituta aliter, nisi successor nominetur *agnatus* intra *septimum* gradum, qui

qui ex testamento in Lusatiae feudis utique succedit (II).

(kk) Verba decreti feudalis i. F. 3. pr. clara sunt & aperta: *Si quis (vassallus) decesserit, succedant tantum filii: nulla ordinatione (testamento) defuncti in feudo manente uel ualente.* Ratio ad inuestigandum est facilis, quoniam primo vassallus alienare feudum nequit actu inter uiuos, multo igitur minus ultima uoluntate: *deinde* fieri nequit, ut cliens patrono siue domino obrudat clientem. Ex aduerso testamentum vassalli etiam de feudo est *uvalidum*, si consenserit dominus uel principio uel deinceps idque uel tacite uel expresse, quod de Carolo V. imperatore est dictum, qui Renato & Philiberto principibus Arausionis ducatus testatoribus suo accessit consensu, ob singularia principum in Caesarem merita. Documenta eius rei publica in medium protulit eorumque rationes amplissimas *excell. dn. praeses* im Preussischen Neuburg, id est, libello, pro iuribus Porusiae regis in Nouicastris principatum, scripto iussu regis, ordinumque Nouicastris adprobato auctoritate *part. 2. §. 35. 36. sq. p. 135. 136. 137. sqq.*

Qui de feudo nequeat condi testamentum iure communi?

(ll) Lusatiae instituta haec sunt. *Possessor feudi potest illud omnino ALIENARE, nullo neque domini neque agnatorum impetrato CONSENSU: debet autem fieri alienatio actu aliquo inter uiuos, nec quicquam TESTAMENTO uel ultima uoluntate, nisi institutus sit successor agnatus inter septimum gradum. Qui solus recte feudi heres nominatur a testatore.* Verba der Lehns-Ordn. p. 73. sunt haec: *diesemnach obberührte clausel (de alienando) keinesweges auf Testament und letzten willen zu ziehen, daß nemlich dadurch der Besitzer den Lehns-Vettern hiedurch die successi on und dem Lehns-Herrn die Lehns-Fälligkeit entziehen möge. Weñ aber die successi on, vermöge priuilegii (de feudis alienandis) auf die Mitbelehnte Männliches Geschlechts allein gerichtet und ohne derselben Einwilligung nichts desto minder einem le den die freye alienation vorbehalten und zugelassen, so wollen wir aus Ehur-Fürstlicher Macht vielberührte clausel (de alienando)*

E 3

nicht

nicht nur auf obgedachte Fälle (ad actus inter uiuos.) sondern auch dahin gnädigst extendiren und erstrecken, daß auch ein ieder Mitbelehnter freye Macht und Gewalt haben solle, von seinen Lehns-Gütern, quoad habiles personas (excludendo filias) so innerhalb des sibenden Grades seyn, und ohnedem die Anwartsung haben, Testament und letzten Willen zu machen. Neque hic ratio legis obscura est. Nam cautum prohibendi deest, si agnatus intra *septimum* instituat gradum, qui omnes habent iura succedendi alias, ut adeo *domini* non interfit, quis inter illos primum, quis deinceps uel ultimo loco uocetur ad successionem. Interesse autem hic agnatorum, quorum unus alteri praefertur, nullum est dubium. Sed tamen, intuitu horum, feuda Lusitaniae sunt instar allodii: ut adeo nihil obstat, quo minus suam hic sequi possit uoluntatem testator. Licet in iure illud etiam sit manifestum alias, quod a libertate alienandi inter uiuos ad alienationem ultima uoluntate siue testamentariam uinculum non sit alicuius consecutionis, quod uulgo etiam Icti docent ad *tit. Instit. de Lege Fisci Can. toll. ceter.*

## DIFFERENTIA XIX.

Num feudi inauguratio fieri possit per procuratorem?

**De inuesti- tura feudi per procuratorem.** Iure communi inuestitura suscipi potest ab absente per procuratorem [mm]: non Lusitico, quod requirit, ut praefens sit uasallus [nn].

Qui Longobardico iure inuestitura suscipi queat per procuratorem? [mm] Decretum feudale hoc clarum est 2. F. 3. *sed utrum* his conceptum uerbis: *sed utrum ipse uel alius pro te inuestituram faciat siue suscipiat, nihil interesse putamus. Potest enim hoc negotium & per procuratorem ab utraque parte expediri.* Aliter forte moribus imperii Germanici, quod ex historia medii aevi constat, olim ipsos principes non praesentes solum inuestituram suscepisse, sed hanc quoque fuisse negatam absentium legatis. Exemplo id constat *Queddenburgensis* abbatissae. Licet enim hanc uel ratio excusauerit sexus: Carolus tamen IV. imperator illis procuratorem non alia au-



audiuit lege, quam abbatissa ipsi spem faceret, fore, ut ipsa *praesens* renouaret clientelam, quam absentis imperator, ex indulgentia singulari, detulisset. Quapropter hodieque legati principum clientelares suorum principum absentiam excusare solent apud imperatorem. A qua tamen formula alieni sunt legati regum, quoniam hodie in mores iuit, reges non ipsos inuestituram rogare suscipereque, sed eorundem legatos. Vnde est, quod hac olim sparta filii regum sint defuncti & primogenitus ab eius generis feudo appellatus *Delphinus*, dux *Holsatiae*, princeps *Wallisus*, cetera.

(nn) Quamuis enim *procuratorem* nominatim non excludat Lusatiae statutum: cum tamen uasallum, inaugurandum, uelit esse praesentem, uinculum consecutionis uideatur hoc esse, ut absentis ratio non habeatur. Sunt uerba *der Lehns-Ordn.* §. mit den 2c. p. 71. fere haec: *Das der Unmündigen abwesenden Lehens-Folger, die nächsten Freunde, an statt derselben, die Lehen muthen, und nachmahls, wenn sie zu ihren mündigen und vogtbahren Jahren kommen, welche wir bis auf das XXI. Jahr compleet erstrecken, die Abwesenden zu ihrer förderlichsten Wiederkunfft binnen Jahr und Tag, a die scientiae, anzurechnen, in Person die Erb- und Lehens-Pflicht zugleich ablegen, und die Lehen würcklich, aufvorgehende Muthungen, empfangen sollen.* Neque est, quod forte id intelligas de absentibus extra prouinciam tantum, contra in ipsa prouincia, qui morantur, curiaque absunt clientelari tantum, iudices ex decreto 2. F. 3. Nam praeferendi potius imperii nostri mores, quos supra dedimus, aduersi omnino inuestiturae per *procuratorem*.

*Lusatiae instituta aduersa inuestiturae per procuratorem.*

## DIFFERENTIA XIX.

Quid Lusatiae institutum *der Vorsitt*?

Iure communi nefas est, feuda alienari, nisi domino rogato acceptoque consensu [oo]: cuius locum clientelarium ex perimento

dem Vor- co per Lusatiae instituta requiritur uirium & uigo-  
ritt. ris periculum equestre [pp] der Vorrith.

*Alienatio qui  
domini uelit  
consensum LL.  
Longobar-  
diciis?*

(oo) Clarum est clientelare decretum 2. F. 24. in fine. ubi non solum ille, qui absque domini consensu alienat feudum, nihil agit: sed etiam illo priuatur. Instar illius, qui deliquit in dominum perfidia. Vnde sunt porro, qui existimant, etiam parte feudi tantum alienata, nescio domino, totam amitti.

*Alienatio feu-  
dorum qui si-  
eri queat in  
Lusatia?*

(pp) In eo certe Lusatiae clientelae aliquid habent admodum singulare & ingentis momenti, quod alienatio feudi recte atque impune fiat, domino inscio neque consentiente. Verba decreti Ferdinandini an. 1544. his uerbis sunt concepta: Wo sichs begeben, daß einer (de uasallis loquitur legislator) seine Lehn Güter zu verkauffen willens, solle derselbe solches unserm Landt Vogt anzeigen, der ihn über einen Monath nicht aufhalten sollte, daß derselbe das Seine ungehindert verkauffe. Sed tamen hic casus respondetur, ubi aere alieno urgetur uasallus ad alienandum. Anno itaque 1578. Maximiliani II. constitutio est haec: und doch ein ieder ungehindert mit dem Gut frey zu thun und zu lassen vollkommene Gewalt haben solle. Quamuis uero aliqui sint, qui posterius decretum ampliores limites habere putent, ego tamen sentio hic ex aduerso, partim, quod in feudis oblatiis, qualia Lusatia esse differentia 1. euidetur, non rara sit alienandi libertas, partim etiam, quod Maximilianus II. repetat legem, non ferat, ut adeo, domini intuitu, alienandi facultas antea quoque uasallis fuisse uideatur. Verum, ne quid fieret ex aemulatione inuidiaeque domini, apertura feudi expectantis, illud est cautum institutumque, ut uasallus, alienator, liberis agnatisque destitutus, faciat equestrium iurium pericula experimentaque, quae in patrianato uocabulo den Vorrith solent adpellare. Verba decreti clientelaris accipe, quae haec sunt: Wo einer keine männliche Erben hätte (hos enim si habuerit feudum apertura non est proximum adeoque nullae adfunt aemulationis aduersus dominum suspiciones, qua ipsum spe destitu-

Non dem  
Vorrith der  
Laußnitz  
schen Lehen.

quere uelit successionis) und so jung, gesund und starck wäre (qui enim has vires habet, eum nefas est, habere impotentem, ad procreandum successores clientelares) daß er in seinem Kürsch von der Erden auf ein hengstmäßiges Pferd sitzen mag, wann er das selbe vor dem Land-Vogt gezeiget, soll er alsdann auch Macht haben, seine Lehn-Güter zu verkauffen, männigliches unverbindert. Ere esset, hanc Lusatici iuris consuetudinem amplius explicare notareque ex uerustate ritus atque solennia illius: uerum ante nos huic desiderio satisfecit BORNIVS *dissert. de transmiss. feud. in allod. §. 25.* Qui omnia momenta, solennia, ritus ac mores, patriae sacros, in hoc periculo equestri dem Borriß plene luculenterque explicauit. Vt adeo in rebus per alios explicatis nobis liceat esse eo breuioribus. Ceterum in aliis Germanici imperii prouinciis uel libertas alienandi feuda prorsus est libera uel tum concessa tantummodo, si *oculi sex* luceant trium uasallorum. Wenn noch sechs Augen seyn und das Lehen nicht auf dem Fall stehet. Ex his enim unico extincto, nefas est, alienare feudum, ne domino temere subtrahatur spes succedendi & *consolidandi* proxima, quod omnino improbum neque sine aemulatione & odio esse uidetur.

## DIFFERENTIA XX.

Qui feuda Lusaciae sint alienabilia?

Iure communi neque alienare licet feuda, agnatis Deconiuicis (qq): sed *Lusatico* neque horum opus est sensu agnatorum. consensu (rr).

(qq) Vassallus, alienans feudum, agnatis insalutatis, uocatur in ius *tripliciter*. Habent agnati 1) ius *retractus*, 2) ius *retractus* postea 3) *ius delatae* successionis & actionis *reuocatoriae*. Primo casu & altero pretium reddunt, non ultimo, si quidem uenditoris defecerit posteritas successioque ad agnatos deuoluta. Habes in ultimo, de quo hic sermo est, decretum clientelare 2. F. 26. §. *Tertius*, quorsum consulendi sunt doctores.

F

De

Qui Lufatiae  
f. uda aliena-  
re liceat, a-  
gnatis inui-  
tis?

(rr) De *αγοτιμής* & retractus iure hic opus non est differere, quoniam exinde nullum fere damnum uasallo, cuius parum interest, feudi uenditi pretiumne ab agnatis accipiat, an uero ab extraneis. Verum cardo rei uersatur in ultimo. Scilicet id quaeritur, an, uenditoris posteritate extincta, emtor ab iure agnatorum uindictorio sit immunis? Quod Lufatiae tantummodo uolunt instituta. *Laufnig. Lehns-Ordn.* p. 81. 82. 83. Das obgleich denen Agnatis das ius succedendi eingeräumt wird, doch dem Besitzer des Lehens ungehindert mit seinem Gut zu thun und zu lassen frey stehen solle, obne daß ermeldter Agnaten consens vonnöthen, noch sich selbige deß iuris prohibendi, redimendi, oder reuocandi anzumachen, welchem Recht der Agnaten auf einhelliges Begehren der Stände derogiret worden. Dergestalt, daß deren ohngeachtet, ein jeder Besitzer, vor den andern Mitbelehnten Agnaten und Schwermagen ungehindert, sein Lehn-Gut per actus inter uiuos zu alieniren und veräußern Fug und Macht haben solle. Verum integra sunt agnatorum iura *delatae successionis* 1) si Saxonicae habeant *coniunctam manum* inuestiti, eamque toties quoties renouauerint, ne coinuestiti impensis excidant, factis in renouationes, wenn sie der Sächsischen gesambten Hand so oft Folge gethan 2) si in familiis quibusdam mores sint alii, quos omnino sequi oportet uasallos 3) si alienandi libertati aduersae fuerint conuentiones, quibus non minus est standum. Quod autem de *agnatis* diximus, idem etiam repetendum est in extraneis, quos sui causa uasallus adsciuit in simultaneam inuestituram, iure communi talem. Nefas enim est, plus iuris largiri extraneo, quam consanguineis & agnatis, praesertim in praediis eius generis, quae numero habentur bonorum auitorum. Absit enim, ut contrahamus hic uela, ob iuris communis decreta aduersa, quod patriae singularia haec iura lumen aut normam non accipiant ex legibus & institutis peregrinis.

## DIFFERENTIA XXI.

Tempus iuris *εγοτιμῆσεως* quantum?

Iure communi non est statutum, quo tempore De iure,  
expirent iura *εγοτιμῆσεως* der Vorkauff [ss]: Lusa- quod dici-  
tia tamen! spatium dedit *ιριεστρε* protoemtori; mus den-  
(tt). Vor kauff.

[ss] Decretum clientelare 2 F. 26. §. Titius his quidem Iure commu-  
uerbis est conceptum: *Quod si consensit alienationi* (agnatus ni quae rem-  
aut quod idem est simultanee inuestitus) *uel per ANNUM, ex* porades Vor-  
*quo scuit, tacuit, omnino remouebitur.* Quamuis autem do- kauffe.  
ctores illud trahant ad *εγοτιμῆσεως* iura: sensus tamen illius  
respiciunt ad iura *retractus*, uenditione scilicet iam perfecta  
& consummata. Ut adeo, in primo casu, cum desit lex, illum  
ex altero soleamus respondere. Quod iure an uero iniuria fi-  
at, iam quidem non disputo.

[tt] Verba instituti Lusatici haec quidem sunt: *Wollen* Lusaticae  
auch ferner gnädigst, um Verhütung allerhand inconuenientien *εγοτιμῆσε-*  
wollen, in alienationibus extrajudicialibus dem nechsten Agnaten, *ως* iura spatia  
so viel den Vorkauff, der ihme hiermit auch solle ausgefetzt und vor- extinguantur  
behalten seyn, antriffet, eine gewisse Zeit, als nehmlich drey Mo- *ιριεστρε*.  
nath, zur Lossfage oder zum Kauff des Lebens des Mitbelehnten  
designiret und beraumet haben. Und da er, nach beschehener An-  
trag ng in solcher Frist bey den Aemtern und durch dieselbe bey dem  
Verkäufer und Käufer sich nicht angeben lassen würde, daß er nach-  
mahls in den Kauff zu treten, nicht befugt seyn solle. Scilicet,  
iubetur uasallus alienator non consentum impetrare ab agna-  
to, huic tamen feudum offerre ad emendum, antequam in  
extraneum illud transferat. Ne tamen agnatus [*de uulgari-*  
*ter simultanee inu. s. ito idem est iudicium*] moras nectar adfe-  
ratque taedium emtori; trimestre ei est spatium propositum,  
post quod iura *εγοτιμῆσεως* quae habuit, expirant extingunturque.  
Neque praeter rem, quia in tanta alienandi libertate,  
qua Lusaticae gaudent uasalli, quod hic agnatis est datum

in dem Verkauf, ad iura patriae derogatoria pertinet, cuius tempora iure meritoque spatio fuerunt inclusa *trimestri*. Nam ubi *inuestitura Saxonica*; ubi *fideicommissaria* feuda; ubi *pacta* de non alienando: ibi trimestre tempus habetur angustum minus. Cum ipsi Lusatiae statuta claris verbis uelint, ut huic generi uasallorum iura 1] *εγορισμος* 2] *retractus* 3] *reuocationis* salua maneat atque integra ad normam decretaeque iuris communis.

## DIFFERENTIA XXII.

Nam *retractui* locus in alienatione *necessaria*?

De uenditione feudi *necessaria*.

